Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0002-3

# ANALYSIS
## Libri Quinti Æneidos,
# LUDOS ÆNEÆ,
*inter*
*INCENDIA*
## DIDONIS & JUNONIS,
ad
*ANCHISÆ TUMULUM,*
LUCTISONOS,
NOTIS & TABULIS
delineans.

*Opera*

*M. JOSEPHI SEIZII, p. t. Rect. Gymnaſii*
*Patrii Svevo-Halenſis.*

HALÆ SVEVORUM,
Sumptibus Authoris, excud. typis Johan-Reinhardus Laidig/
Anno Æræ Chriſtianæ MDCLVI.

5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0003-8

# SYNOPSIS ſeu ARGUMENTUM LIBRI V. ÆNEIDOS, ex JACOBO PONTANO.

PRovecti jam in altum Trojani, cùm (ut ſolent, qui ſeu terra, ſeu mari iter habent, convertere ſeſe, locaque à quibus abierunt, quaſi denuo ipſis valedicentes reſpectare) ad Carthaginem, unde ſolverant, oculos retorquerent; viderunt ingens ibidem ad cœlum ferri incendium, ſuſpicatique ſunt, id quod res erat, Reginam præ doloris impatientia in rogum inſiluiſſe. Ultrà jam curſu delatis, turbidiſſima tempeſtas commovetur. Palinurus gubernator in tanta ventorum rabie, procellaq; ad Italiæ littus ſe appellere navim poſſe neutiquam confidit, vel potiùs omninò deſperat: ſatiùs ſibi videri dicens, ut eò tendant, quò venti urgeant, ad Siciliam nimirum. Gratum id conſiliũ Æneę, propterea quòd & Aceſtes ibi Regia cum poteſtate præerat, amicus Trojanorum, & eâdem in Inſula Parentis Anchiſæ tumulus, cui anniverſariâ cerimoniâ parentandi occaſio præberetur. Deſcendentibus in terram, Rex ſe obviam fert, ſũma eos humanitate, & benignitate accipit. Poſtera luce Æneas ſocios cogit: qui ſibi de ſacris Anchiſæ faciendis potiſſimùm placeat, exponit; boves Aceſten ſuppeditaturũ promittit: ludorum genera in Patris honorem committenda recenſet, victoribus præmia daturum ſpondet. Capita myrteis coronis induere jubet: id ipſe primus cùm feciſſet, ad ſepulchrum paternum procedit, inferias perſolvit, manes ſalutat. Emerſus ab adytis ſerpens tumulum complectitur, dapesq; leviter deguſtans, læſo nemine, eódem, unde prorepſerat, relabitur. Atq; hunc ſerpentem Æneas aut loci genium, aut Parentis eſſe famulum opinatur. Poſtquam præfixa ludis dies illuxit, permulti è vicinis locis, partim advenarum viſendorum, partim certaminum ſuſcipiendorum ſtudio, accurrunt. Præmiis in medio collatis, ſignum tubâ datur. Ac primùm quidem certamen navale fuit. Delecti duces quatuor, à quibus ſingulis ſingulæ Romanæ familiæ propagatæ, Mneſtheꝰ, Gyas, Sergeſtus, Cloanthus. Navium quoq; nomina referuntur. Meta, ſcopulus haud multùm remotus à littore conſtituitur. Signum currendi nautę cupidè exſpectant: quo ex-

audito magno ſpectantium plauſu procurrunt. Primus erumpit Gyas, ſecundus eſt Cloanthus: reliqui duo, Mneſtheus & Sergeſtus cernuntur æquales: ſed alter alterum tamen antevertere, omni ope adnititur. Cloanthus Gyæ primas rapit: qui magiſtro ſuæ navis factus iratior, à puppi eum in mare deturbat, ipſemet clavum arripit. Miſer in ſcopulum ægrè evadens, quod biberat aquæ, cum riſu ſpectantium revomit. Hortatu Mneſthei faciunt impigrè officium remiges, Sergeſtumque poſt ſe relinquunt, quem caſus quidam retardavit: immò verò penitus ultrà tendere prohibuit. Denique Cloanthi eſt victoria, quam ſacra Diis vovens impetraſſe videbatur. Eum Æneas per præconem victorem pronuntians, laurea donat. Cuique navi bovem cum vino, & auri talento, ducibus quoq; ipſis ſua munera, Cloantho eximiam chlamydem, Mneſtheo loricam, Gyæ duos lebetas æreos, poculumq; argenteum largitur. Sergeſtus tandem ſcopulo, in quem navim ſuam impegerat, expeditus, uno remorum ordine ſpoliatus revertitur; quem nihilominus, ob ſervatum navigium, promiſſo præmio honeſtandum Æneas exiſtimat. Secundùm iſthuc ludi genus, ſpectatorum agmine comitatus Æneas in planitiem progreditur; ibi ludicrum curſus, certis etiam muneribus proponit. Cùm porrò curſuram inire volentium major ſeſe numerus offerret, ſeptem duntaxat ex iis inſigniores, Trojani quinque, Siculi duo deſignantur. Æneas ipſe dona, quibus ſingulos, quibusq; tres primos ornaturus ſit, palàm dicit. Signo moniti curſum ineunt; Niſus longo planè intervallo vincit: proximus eſt Salius: tertium locum tenet Euryalus: quartum Helymus: quintum Diores. Sub metam ipſam fallente veſtigio, prolabitur Niſus; cujus beneficio primus evadit Euryalus, quem amore magno diligebat: poſt eum Helymus: poſtremus Diores metam tenet. Salium nihilominus haud indonatum ſinit Æneas. Sequitur tertium certamen, cæſtuum videlicet. Oſtentat ſe, validarumq; virium laudem aucupatur, & proinde etiam victoriæ omen captat Dares; cui cùm ſe nemo auderet opponere, tandem Entellus, priùs ingraveſcentem ætatem excuſans, manus cum eo conſerit, itaque infelicem contundit, & pugnis plectit, ut dentes ille cum ſanguine evomat. Datur Entello victori taurus, quē ut robur viri cognoſcas, uno ictu interficit. (Milonis Crotoniatæ memoriam ſubiiſſe credo Virgilium hæc ſcribentem, qui ipſe quoque, quem vitulum, ac deinde

bovem

bovem portaverat, uno ictu pugni peremiſſe uno prandio devoraſſe narratur) Quarto loco ſagittis in columbam mittendis auditur, quę de malo navis pendebat. Sorte ducti quatuor, Hippocoon, Mneſtheus, Eurytion, Aceſtes. Hippocoontis ſagitta malo infixa territat columbam. Mneſthe⁹ funem rumpit. Sed Erytion avem avolantem trajicit. Aceſtes quanquam fruſtra, tamen ſagittam in auras emittit, quæ concepto igne conflagrans, terrore Trojanos complevit; Æneæ oſtentum haud diſplicuit, complexusq; ſenem prima eidem præmia, deinde aliis alia donavit. Quintum genus ludorum dederunt in equis armati pueri; ludo Troja nomen eſt: id quoddam ſimulacrum pugnæ, ſeu umbratile prælium fuit. Atque hoc quidem modo celebratis in honorem Anchiſæ ſpectaculis, Juno peſtem novam Trojanis machinans, Irim legat, quæ Beroës aniculæ tum abſentis referens imaginem, mulieribus Ilienſibus, procul à virorum turba conſidentibus, Anchiſenq; plangentibus, & mari indignantibus, totoq; pectore à reliqua navigatione abhorrentibus, ac domicilium ſtabile in regione, quò venerant, peroptantibus, autor eſt, uti naves exurant, atq; ita Æneæ remeandi in Sicilia neceſſitatem imponant. Hujus ſententiæ principem Caſſandram, ſibi per quietem viſam, dicit. Conſuadet, incenduntur naves. Repentè Trojani flammam graſſantem reſtincturi advolant. Perculſæ metu mulieres, per littora paſſim diffugiunt. Precibus Æneæ imber cœlo præcipitans, quatuor navibus conſumptis, quindecim reliquas reſtinctis ardoribus conſervat. Ibi tum Æneas mirè conturbatus hærebat, quid ageret. Maneret in Sicilia, contrà quàm Fata poſcebant; an in Italiam porrò trajiceret? Nautes vir pietate, prudentiaque clarus, conſilium dat, naviget, juventutem ſecum ducat, mulieres, ſenes, imbecilles corporibus, ac timidos relinquat: qui Aceſtæ ope adjuti, urbem ſibi ipſi condant. Pedib⁹ iverat in hanc ſententiam Æneas, quanquam eum perplexa cura, varia ſecum reputantem nondum deſeruerat: ſed ecce in ſomnis Anchiſæ imago eum pro Jove hortatur, quinimò præcipit, ut bene conſulenti obſequendum ſtatuat. Expergefactus Deos ſacrificiis propitiat. Aceſten, ſociosq; accerſit, quid mulieres deſignarint, repetit; quid Nautæ viſum ſit: quomodo Jupiter Anchiſen ad ſe monitorem per nocturnum ſoporem miſerit, ſenisq; authoritati parere juſſerit, ordine exponit, ſuam quoq; voluntatem demonſtrat: regemq; de loco attribuendo rogat. Facultate igitur ædificandi indulta, urbem Æneas deſignat. Pòſt, novem diebus in epulatione lætitiaq; conſumptis, diſceſſurus, remanentes complectitur mœſtus, eosq; conſolatur, & Aceſtæ regi peramanter commendat. Trojanis in Italiam navigantibus, petit à Neptuno Venus, ut illis ſecuram navigationem concedere ne gravetur. Neptunus facturum recipit, res ipſa mox conſequitur. Palinurũ gubernatorem ſomnus circumventum in mare depellit. Animadverſo Æneas, navim rectore deſtitutã, ipſe ad gubernaculum ſedet, & quâ erat humanitate in ſuos, indignum animæ interitum gemitu proſequitur & lamentis.

## *Aliorum Argumenta metrica.*

MODESTINI.

NAvigat Æneas; Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat Patrios, unà hoſpes Aceſtes:
Ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt.
Prodigium eſt cunctis ardens delapſa ſagitta.
Iris, anum Beroën habitu mentita ſenili,
Incendit naves, ſubitus quas vindicat imber.
In ſomnis pater Anchiſes, quæ bella gerenda,
Quoque duce ad manes poſſit deſcendere, monſtrat.
Ttanſcribit matres urbi, populumq́ue volentem:
Et placidum Æneas Palinurum quærit in undis.

POLITIANI.

*DIſcolor interea taurino combibet ore*
*Iris aquas, iterumq́; antris effundet apertis*
*Hippotades hyemem, & rapidis ruet æquora ventis*
*Zancleas iterum feſſi ejicientur ad oras*
*Troës, & hoſpitio fidi excipientur Aceſtæ.*
*Hic patris ad tumulum ſolennes ordine pompas*
*Dux feret, ac meritos celebrabit littore ludos.*

PALLADII.

In Siculos iterum terras fortuna reducit
Ænean; tumuloq́ue patris perſolvit honorem.
Tum cogit naves incendere Troadas Iris:
Troës ibi linquunt ſocios: Venus anxia placat
Neptunum: Somnus Palinurum mergit in undis.

OVIDII.

*Manibus ad tumulum quinto celebrantur honores.*

ALIUD.

*Quintus habet ludos, & claſſem corripit ignis.*

ALIUD.

*Quintus habet varia ad tumulum ſpectacula patris.*

TABEL-

# TABELLA GENERALIS
## LIBRI V. ÆNEIDOS.

In Siciliâ notetur Æneæ

- I. Appulſus, *cujus*
  - *1. Antecedentia*, Omen *& Diſcrimen.* Tab. 1.
  - *2. Comitantia, Conſilia & Auxilia 2.*
- II. Actus, *conſtans agendorum*
  - 1. Denunciatione, *ab objectis ſacris & profanis. 3.*
  - 2. Executione
    - 1. Sacrorum, *quæ ſunt anniverſaria ſacra* Anchiſæ. 4.
    - 2. Profanorum, *Ludorum vel*
      - 1. Viriliũ, *qui habiti ſunt*
        - 1. Navibus, *ubi not.*
          - *1. Apparatus*
            - *1. Antecedentia. 5.*
            - *2. Comitantia. 6.*
          - *2. Actus ſeu ſucceſſus*
            - *1. infelix* Gyæ. 7.
            - *2. infelicior* Sergeſti. 8.
            - *3. felix* Mneſthei } 9.
            - *4. felicior* Cloanthi } 9.
          - *3. Eventus, præmia diſtributa*
            - *1. victoribus. 10.*
            - *2. victo. 11.*
        - 2. Curſu, *cujus*
          - *1. Apparatus. 12.*
          - *2. Actus. 13.*
          - *3. Eventus. 14.*
        - 3. Pygmachia *ſeu caſtu, ubi*
          - *1. Apparatus,*
            - 1. Daretis *temeritas.* 15.
            - 2. Entelli *animoſitas à*
              - *1. cauſa. 16.*
              - *2. effectu. 17.*
          - *2. Actus. 18.*
          - *3. Eventus. 19.*
        - 4. Sagittis, *ubi*
          - *1. Apparatus. 20.*
          - *2. Actus. 21.*
          - *3. Eventus. 22.*
      - 2. Puerilium, *quorum*
        - *1. Apparatus. 23.*
        - *2. Actus. 24.*
        - *3. Eventus, incendium claſſis, cujus*
          - *1. Cauſa* Iridis
            - *1. Legatio. 25.*
            - *2. Expeditio. 26.*
          - *2. Actus. 27.*
          - *3. Eventus. 28.*
- III. Diſceſſus, *cujus*
  - 1. Conſilia
    - *1. Humana. 29.*
    - *2. Divina. 30.*
  - 2. Actus,
    - *1. Antecedentia. 31.*
    - *2. Comitantia. 32.*
  - 3. Eventus,
    - *1. Pelagi tranquillitas, cujus cauſa*
      - *1. impulſiva* Venus. 33.
      - *2. Principalis* Neptunus. 34.
    - *2. Palinuri calamitas, cujus*
      - *1. Antecedentia. 35.*
      - *2. Comitantia & Conſequentia. 36.*

## Notæ.

a) Dum iſta Carthagine geruntur à Sic libro liber aptè connectitur.
b) Inter Africam & Siciliam.
c) Navigandi.
d) Auſtro ſpirante mare videtur glaucum & cæruleum, Aquilone obſcurius atriusq́ue.
e) Incendio pyræ, in qua Didonis corpus cremabatur.
f) Vis furoris ex amore violato.
g) Non ignotus fœminarum furor.
h) Conjecturam, accidiſſe aliquid triſte Didoni.
i) In altum procul à littore provectæ, in maris profundum.
k) Metonym. materiæ.
l) Aliis, maria undique & undique cœlum.
m) Antiſtœchon.
n) Niger, Græcorum more.
o) Tenebras & tempeſtatem inducens.
p) Horrorem navigantibus incuſſit.
q) Ellipſis verbi, Fatur.
r) Aliis, quinam, vel quidnam.
s) Aërem.
t) Nubes atræ, unde pluviæ oriuntur.
u) Contrahere vela, funes, rudentes, ὅπλα, arma nautica.
x) Velorum.

## Textus.

*INterea [h] medium Æneas jam claſſe tenebat*
*[c] Certus iter, fluctusq́ue [d] atros Aquilone ſecabat,*
*Mœnia reſpiciens, quæ jam infelicis Eliſæ*
*Collucent [e] flam̃is; quæ tantum accenderit ignem*
*Cauſa, latet: [f] duri magno ſed amore dolores*
*Polluto,* [g] notumq́ue furens quid fœmina poſſit:
*Triſte per [h] augurium Teucrorum pectora ducunt.*
*Ut [i] pelagus tenuere [k] rates, nec jam amplius ulla*
*Occurrit tellus, [l] cœlum undiq; & undiq; Pontus;*
*[m] Olli [n] cæruleus ſupra caput adſtitit imber,*
*[o] Noctem, hymemq́ue ferens: & [p] inhorruit unda tenebris.*
*Ipſe gubernator puppi [q] Palinurus ab alta:*
*Heu [r] quia nam tanti cinxerunt [s] æthera [t] nimbi?*
*Quidve pater Neptune paras? ſic deinde locutus,*
*[u] Colligere arma jubet, validisq; incumbere remis;*
*Obliquatq́ue [x] ſinus in ventum, ac talia fatur:*

# Libri V. Æneidos
## TABELLA I. SPECIALIS.

Appulſus in Siciliam conſtat

- I. Antecedentibus, vid.
  - 1. Omine,
    - 1. à claſſis curriculo, in medio maris inter Africam & Siciliam.
    - 2. à venti obſtaculo, Aquilone nubes afferente.
    - 3. ab incendij ſpectaculo, cujus
      - 1. Subjectum
        - 1. Carthaginis mœnia.
        - 2. Didonis regia.
      - 2. Cauſa incognita.
      - 3. Adjuncta, conjectura Trojanorum, cujus
        - 1. antecedens
          - 1. violatio amoris.
          - 2. vis furoris.
        - 2. conſequens αὐτοχειρία Didonis.
  - 2. Diſcrimine, ob tempeſtatem,
    - 1. à ſubjecto loco, per expolitionem,
      - 1. in maris profundo.
      - 2. ubi nulla terra videbatur.
      - 3. ſed undiq; cœlum & terra apparebat.
    - 2. ab efficiente, imbre,
      - 1. à colore & ſitu.
      - 2. ab adjuncta caligine & procella.
      - 3. ab effectu, per Metaphoram hyperbolicam, horrore maris.
    - 3. ab effecto, conſternatione Palinuri, quæ deſcribitur
      - 1. Proſopographia ab officio & loco.
      - 2. Pragmatologia
        - 1. dictorum, per
          - 1. Exclamationē de nube pluvioſa.
          - 2. Apoſtrophen ad Neptunū.
        - 2. factorū, ubi
          - 1. ſocij juſſi
            - 1. contrahūt arma.
            - 2. incumbūt remis.
          - 2. ipſe obliquat vela.
- II. Comitantibus. Vid. ſeq.

*Magnanime Ænea, non ſi mihi Juppiter author*
*Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cœlo.*
*Mutati*[a] *transverſâ fremunt, &*[b] *veſpere ab*[c] *atro*
*Conſurgunt venti, atque in nubem cogitur*[d] *aër.*
[e]Nec nos obniti contrà, nec tendere tantùm
Sufficimus: ſuperat quoniam fortuna, ſequamur:
Quoque vocat, vertamus iter: *nec littora longè*
[f] *Fida reor*[g] *fraterna Erycis, portusque*[h] *Sicanos:*
*Si modò ritè memor*[i] *ſervata remetior aſtra.*
*Tum pius Æneas: Equidem ſic poſcere ventos*
*Jamdudum, & fruſtra cerno te tendere contrà.*
[k]Flecte viam velis; *an ſit mihi gratior ulla,*
*Quoque magis*[l] *feſſas optem dimittere naveis,*
*Quàm quæ*[m] *Dardaniũ tellꝰ mihi ſervat Aceſten?*
*Et patris Anchiſæ gremio complectitur oſſa?*
*Hæc ubi dicta: petunt portus: & vela*[n] *ſecundi*
*Intendunt Zephyri: fertur cita*[o] *gurgite claſſis:*
*Et tandem læti*[p] *notæ advertuntur arenæ.*
*At procul excelſo miratus*[q] *vertice montis*
*Adventum, ſociasque rates, occurrit Aceſtes,*
[r]*Horridus in jaculis, & pelle*[s] *Libyſtidis urſæ:*
*Troja*[t] *Criniſo conceptum flumine mater*
*Quem genuit: veterum non immemor ille parentũ*
[u]*Gratatur reduces: &*[x] *gaza lætus*[y] *agreſti*
*Excipit: ac feſſos opibus ſolatur amicis.*

a) Enallage partis.
b) Occaſu, venti transverſi.
c) Tempeſtuoſo.
d) Aer extenuatus in ſublime fertur, concretus in nubem cogitur.
e) Noëma, & Epiphonema.
f) Ob Aceſtis conſanguinitatem.
g) Eryx Aceſtis anteceſſor, Veneris & Butæ filius, frater erat Æneæ uterinus.
h) Prima ſyllaba indifferens.
i) Ante tempeſtatem obſervata.
k) Naviga obliquatis velis in Siciliam.
l) Metonymia ſubjecti.
m) Natum Egeſta, Hippotis Trojani filia, ex Criniſo.
n) Jam à puppi aſpirantes divertentibus in Siciliam.
o) Mari profundo. Tapinoſis.
p) Huc appulerant, hinc ſolverant anno priore.
q) Promontorio Drepani.
r) Admirandus, horribilis.
s) Urſos Libycos nonnulli intelligunt Leones, negantque urſos gigni in Africa.
t) Siciliæ fluvio.
u) Gratulatur reditum felicem; quod Poëtis eſt peculiare verbum.
x) Perſica vox, pro quavis opulentia.
y) Apparatu tenui & ruſtico.

Stella-

Comitantia ſunt vel

- I. Conſilia, videl.
  - 1. Palinuri conſultatio, cujus
    - 1. *Exordiolum captat benevolentiam ab Æneæ magnanimitate.*
    - 2. *Propoſitio eſt deſperabunda, cujus*
      - 1. *antecedens: ſi Iupiter promittat.*
      - 2. *conſequens: non ſperem Italiæ acceſſum.*
    - 3. *Confirmatio, à*
      - 1. *ventorum violentia, per expolitionē à ſubjecto termino à quo.*
      - 2. *nubis vehementia.*
      - 3. *remorum impotentia.*
    - 4. *Complexio conſtat*
      - 1. *Propoſitione: ſequamur ventorum ductum.*
      - 2. *Ratione*
        - 1. *à neceſſ. Fortunæ arbitrio.*
        - 2. *ab opportuno ſc. Siciliæ vicinæ*
          - 1. *fidelitate*
          - 2. *certitudine.*
  - 2. Æneę approbatio, à
    - 1. *Ventorum neceſſitate.*
    - 2. *Conatûs vanitate.*
    - 3. *Siciliæ vicinitate, ubi*
      - 1. *Propoſitio: dirige curſum in Siciliam.*
      - 2. *Ratio*
        - 1. *ab utili, à terræ commoditate.*
        - 2. *à jucundo, Aceſtis conſanguinitate.*
        - 3. *à pio, ſuâ erga Patris oſſa pietate.*
- II. Auxilia,
  - 1. *Teucrorum remigium.*
  - 2. *Ventorum adminiculum.*
  - 3. *Claſſis curriculum.*
  - 4. *Littoris diverticulum.*
  - 5. *Aceſtis officium, in*
    - 1. *admiratione*
      - 1. *à ſubjecto, alto monte.*
      - 2. *ab impulſiva, reditu claſſis.*
    - 2. *occurſione, ab habitu venatorio.*
    - 3. *recordatione conſanguinitatis.*
    - 4. *declaratione humanitatis*
      - 1. *gratulando.*
      - 2. *excipiendo.*
      - 3. *recreando.*

*Poſtera cùm primo ſtellis oriente [a] fugarat*
*Clara dies; [b] ſocios in cœtum littore ab omni*
*Advocat Æneas, tumuliq́; ex [c] aggere fatur:*
*Dardanidæ magni, [d] genus alto à ſanguine divûm,*
[e] *Annuus exactis completur menſibus orbis,*
*Ex quo [f] relliquias, [g] diviniq́; oſſa parentis*
*Condidimus terra, [h] mœſtasq́; ſacravimus aras.*
*Jamq́; dies [i] (ni fallor) adeſt, quem ſemper [k] acerbū,*
*Semper [l] honoratum (ſic Dij voluiſtis) habebo.*
*Hunc ego [m] Getulis agerem ſi [n] Syrtibus exul,*
[o] *Argolicóve mari deprenſus, & urbe [p] Mycenæ:*
[q] *Annua vota tamen, ſolenneſq́; ordine [r] pompas*
*Exequerer, [s] ſtruerémq́; ſuis [t] altaria donis.*
*Nunc ultrò ad cineres ipſius, & oſſa parentis*
(Haud equidem [u] ſine mente reor, ſine numine divûm)
*Adſumus, & portus delati intramus amicos.*
*Ergo agite, & cuncti [x] lætum celebremus honorem;*
[y] *Poſcamus ventos, atq; hæc mea ſacra quotannis*
*Urbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis.*
*Bina [z] boum vobis Trojâ generatus Aceſtes*
*Dat numero capita in [a] naves: adhibete [b] penates*
*Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes.*
*Præterea ſi [c] nona diem mortalibus almum*
*Aurora extulerit, radiiſq; retexerit orbem,*
*Prima citæ Teucris ponam certamina claſſis.*
*Quiq́; pedum curſu valet, & qui viribus audax;*
[d] *Aut jaculo incedit melior, levibusq́; ſagittis:*
*Seu [e] crudo fidit pugnam committere [f] cæſtu:* (mæ.
Cuncti adſint, meritæq; expectēt præmia palmæ.
[g] Ore favete omnes, & [h] *cingite tempora ramis.*
*Hoc*

a) Stellarum aſpectum abſtulerat.
b) Militari more in concionem vocat.
c) Lapidibus aut terra coacervato.
d) Oriundum à Dardano Jovis & Electræ filio. e) Anni, vel annui ſpatii & circuli periphraſis.
f) Anchiſen alii in Sicilia obiiſſe ferunt, alii in monte Atho, indeq; oſſa & cineres in Siciliam delatos.
g) Diis cari, & in divorū cœtū translati.
h) Nos mœſti, ob patris interitum.
i) Ob anni confuſionē apud majores.
k) Ob amiſſi parentis memoriam.
l) Anniverſaria memoria, propter ejus Apotheoſin, ſeu in Deos relationem.
m) Libycis, per ſynecdochen partis.
n) Syrtes ab attracta in cumulum arena dictę, quibus modò rurſus diſpulſis eadem loca ſunt in profundum præcipitia, ut naves illapſas, ſuis verticibus in gyrum actas, abſorbeant; unde ἀπὸ τοῦ σύρειν, à trahendo dictę.
o) Jonio. p) Utroq; numero legitur; regia Agamemnonis.
q) Annuas exequias. r) Græcis miſſiones, à πέμπω; Latinis quivis ſolennis apparatus. s) Inſtruerem congruis & debitis hoſtiis.
t) Honoratis geminę aræ conſecrabātur. u) Vide adagium: non ſine Diis.
x) Læti. y) Rogemus ab Anchiſa proſperam navigationē in Italiam, ubi urbe condita & templis dicatis anniverſario honore illius numē colamus.
z) Duos boves. *a*) Singulas.
*b*) Trojanos & Siculos. *c*) Romani defunctos 7. dies aſſervabant domi, octavo cremabant, nono reliquias ſepeliebant: hinc novendinales ferię; epulæ, ludi, in funeribus potentiorū.
*d*) Farnabius 2. verſus transponit, ordinem certaminum ſecutus.
*e*) E corio bubulo crudo, vel cruento à pugna. *f*) A cædendo, clavæ genus, pilas plumbeas corio bubulo inſutas habens.
*g*) Sacro ſilentio hoc agite, taciti precamini, nec minùs ſacerdotis præeuntis preces conceptis verbis iterate. *h*) Ex more celebrantium ludos, feſta, Sacra.

Actus denunciatio deſcribitur

- 1. *ab* adjuncto *tempore matutino, per periphraſin.*
- 2. à ſubjecto *Concilio Trojanorum convocatorum.*
- 3. à cauſa efficiente, *Ænea; ſubjectoq; loco, colliculo.*
- 4. *ab* objectis
  - 1. Sacris, Anchiſæ *exequiis; ubi*
    - *1. Exordiũ captat benevolentiam, à familia & gente illuſtri & divina.*
    - *2. Narratio conſtat*
      - *1. Chronographia, exacti anni.*
      - *2. Pragmatologia, ſepultura Anchiſæ.*
      - *3. Pathopœia, à luctuoſa altarium conſecratione*
    - *3. Propoſitio: Hunc diem ſemper celebrabo*
      - *1. acerbum luctu.*
      - *2. honoratum cultu.*
    - *4. Confirmatio, p comparata majora, ubi*
      - *1. Protaſis*
        - *1. Antecedens, ſi eſſem in loco hoſtili, vel*
          - *1. Africa.*
          - *2. Ionio mari.*
          - *3. Mycenis.*
        - *2. Conſequens, per expolitionem, tamen offerrem*
          - *1. Vota.*
          - *2. Pompas*
          - *3. Dona.*
      - *2. Antapodoſis*
        - *1. à paterni ſepulchri præſentia.*
        - *2. à Numinis providentia.*
        - *3. ab incolarum benevolentia.*
    - *5. Complexio conſtat*
      - *1. Exhortatione, ad annua ſacra celebranda.*
      - *2. Informatione, de modo, videl.*
        - *1. invocando, pro*
          - *1. conferendis ventis.*
          - *2. extruenda urbe & templis.*
        - *2. conviviando*
          - *1. à ſubjectis bob⁹ ab Aceſte datis in ſingulas naves binis.*
          - *2. ab adjunctis hoſpitibus, penatibus*
            - *1. Trojanis*
            - *2. Siculis.*
  - 2. Profanis, *Ludis;*
    - *1. ab adjuncto tempore, per expolitionem, & chronographiam, nono die; ab effectis auroræ.*
    - *2. à diſtributione certaminum, ut ſunt*
      - *1. Navale.*
      - *2. Curſus.*
      - *3. Sagittariorum.*
      - *4. Cæſtuum.*
    - *3. à ſubjectis, omnibus Trojanis.*
    - *4. ab effectis, præmiorum reportatione.*
    - *5. ab adjuncto,* *1. ritu ſilentij.* *2. habitu corollarum.*

*Sic fatus, velat maternâ tempora myrto:*
[a]*Hoc Helymus facit, hoc ævi maturus Aceſtes,*
*Hoc puer Aſcanius: ſequitur quos cætera pubes.*
[b]*Ille è concilio multis cum* [c]*millibus ibat*
*Ad tumulum, magnâ medius comitante catervâ.*
*Hic* [d]*duo ritè* [e]*mero libans* [f]*carcheſia* [g]*Baccho*
[h]*Fundit humi: duo lacte novo, duo ſanguine ſacro,*
[i]*Purpureosque jacit flores, ac talia fatur:*
*Salve ſancte parens* [k]*iterum: ſalvete recepti*
*Nec quicquã cineres,* [l]*animæq;* [m]*umbræq; paternæ.*
*Non licuit fines Italos, fataliaque arva,*
*Nec tecũ Auſoniũ (quicunq; eſt) quærere Tybrim.*
*Dixerat hæc:* [n]*adytis quum lubric⁹ anguis ab imis*
*Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,*
*Amplexus placidè tumulum, lapſusque per aras:*
*Cæruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro*
*Squamam incendebat fulgor: ceu* nubibus arcus
[o]Mille trahit varios adverſo Sole colores.
*Obſtupuit viſu Æneas: ille* [p]*agmine longo*
*Tandem inter pateras, & levia pocula* [q]*ſerpens,*
[r]*Libavitq; dapes, rurſusque* [s]*innoxius imo*
[t]*Succeſſit tumulo, &* [u]*depaſta altaria liquit.*
*Hoc magis inceptos genitori inſtaurat honores,*
*Incertus* [x]*geniúmne loci* [y]*famulúmne parentis*
*Eſſe putet: cædit quinas de more* [z]*bidentes,*
*Totq; ſues, totidem nigrantes terga juvencos.*
*Vinaq; fundebat pateris: animamq; vocabat*
*Anchiſæ magni,* [a]*manesq; Acheronte remiſſos.*
*Nec non & ſocij, quæ cuiq; eſt copia, læti*
*Dona ferunt:* [b]*onerantq; aras, mactantq;* [c]*juvencos.*
*Ordine* [d]*ahena locant alij, fuſiq; per herbam*
*Subjiciunt verubus prunas, &* [e]*viſcera torrent.* Ex-

a) Hoc idem faciunt duces populi, viri, ſenes, pueri, Troës, Siculi.
b) Æneas. c) Numeri amplificatio decora. d) Ob duas aras poſitas e) Vino puro, non diluto.
f) Pocula anſata ad formã carcheſii, quę ſumma pars mali.
g) Metonymia, pro vino.
h) Hinc χοαὶ dictæ inferiæ, ex vino meraco. lacte, ſanguine victimarũ: per vinũ divinitas, per lac cæleſtis animæ puritas, per ſanguinẽ hominis mortalitas ſignificatur. i) Roſas, Veneris ſanguine tinctas. k) Alludere videtur ad hiſtoriam Diomedis, qui cineres Anchiſæ ablatos reſtituere poſtea oraculo fuit monitus.
l) Ex opinione Platonicorum duas animas ſtatuentium, ſenſitivã & rationalem. m) Animas Heroũ in aëre habitare, umbras in ſepulchris degere, idola ad inferos deſcendere credebat antiquitas.
n) Ab α & δύω, loca inacceſſa, penitiſſima. o) Auxeſis. Nam Iris eſt tricolor. p) Tractu, ductu, ab agendo. q) Participium.
r) Leviter guſtavit. s) Quippe qui nemini nocuerit. t) Irrepſit in tumulum. u) Permanſit donec flamma conſumeret ſacrificia.
x) Deum Topicum, regionibus, urbibus omnib⁹ locis aſſignabat veterum ſuperſtitio, y) Heroib⁹ & in Deos relatis tribuebantur famuli etiã angues, quos ex medulla hominum in ſepulchris gigni tradunt Phyſici. z) Alluſum ad Solitaurilia Roman. *a*) Animã Anchiſæ ab inferis reverſam.
*b*) Hyſt. proterõ. *c*) Partim in altarib⁹ pro victimis concremandos, partim in epulis ſervandos. *d*) Lebetes ahenéos. *e*) Viſcera dicũtur oĩa ea, q̃ ſub animãtiũ ſunt corio; hinc viſcerari, carnes diſtribuere, & viſceratio diſtributio illa carnis, q̃ in ſacris ſolẽnib⁹, & clarorũ virorum funerib⁹ fieri conſuevit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0016-0

*Sacra anniverſaria Anchiſæ conſtant actu*

- I. inchoato
  - 1. ab habitu, myrtea corolla,
    - 1. Æneæ, filij Veneris, cui ſacra myrtus erat.
    - 2. Helymi, filij Anchiſæ nothi, cum Aceſte in Siciliam miſſi.
    - 3. Aceſtis Regis.
    - 4. Aſcanij.
    - 5. Iuventutis reliquæ.
  - 2. à comitatu Æneæ, qui deſcribitur 1. numero. 2. ordine.
  - 3. à ritu, qui peragitur
    - 1. fundendo duo carcheſia
      - 1. vini. 2. lactis.
      - 3. ſanguinis.
    - 2. ſpargendo flores.
  - 4. ab affatu, per expolitionem,
    - 1. ſalutando parentis
      - 1. cineres.
      - 2. animam.
    - 2. queritando, quòd ſibi non licuerit illo vivo quærere
      - 1. Italiam fato deſtinatam.
      - 2. Tyberim.
  - 5. ab eventu, apparitione anguis,
    - 1. à termino à quo, adytis.
    - 2. à motu ſinuoſo, per expolitionem.
    - 3. à termino ad quem, ad Anchiſæ
      - 1. tumulum.
      - 2. aras.
    - 4. à colore, q describ. per
      - 1. Expolitionẽ ſquamarũ,
        - 1. notæ cæruleæ.
        - 2. fulgor aureo.
      - 2. Comparationẽ, à colore millecuplo Iridis.
- II. iterato, cujus
  - 1. Cauſa impulſiva
    - 1. interna, Æneæ ſtupor.
    - 2. externa, ſerpentis
      - 1. perreptatio inter pateras & pocula.
      - 2. libatio ſacrificiorum.
      - 3. repetitio tumuli, poſt combuſta ſacrificia.
  - 2. Finis, majoris honoris inſtauratio.
  - 3. adjunctum dubium, an ille ſerpens eſſet
    - 1. loci genius?
    - 2. parentis famulus?
  - 4. Materia
    - 1. ſolida, quinq; 1. ſues. 2 bidentes. 3 juvenci.
    - 2. liquida, vinum pateris fuſum.
  - 5. Forma ratione
    - 1. Æneæ, invocantis animam Anchiſæ, per interpretationem.
    - 2. Sociorũ ſacrificatio
      - 1. indefinita, juxta facultates uniuscujusq;.
      - 2. definita, per
        - 1. expolitionẽ
          - 1. dona ferendo. 2. aras onerãdo. 3. juvencos mactando.
        - 2. hypotypoſin
          - 1. ahena locando.
          - 2. prunas verubus ſubjiciendo.
          - 3. carnes aſſando.

*Exſpectata dies aderat, nonamq́ue ſerenâ*
*Auroram* [a] *Phaëthontis equi jam luce vehebant:*
*Famaq́ue finitimos & clari nomen Aceſtæ*
*Excierat: læto complerant littora cœtu*
*Viſuri* [b] *Æneadas, pars &* [c] *certare parati.*
*Munera principio ante oculos, circoq́ue locantur*
*In medio: ſacri* [d] *tripodes, viridesq́ue coronæ*
*Et* [e] *palmæ, pretium victoribus: armaq́ue, &* [f] *oſtro*
*Perfuſæ veſtes: argenti auriq́ue* [g] *talenta:*
*Et tuba* [h] *commiſſos medio canit* [i] *aggere ludos.*
*Prima pares ineunt gravibus* [k] *certamina remis*
*Quattuor ex omni delectæ claſſe* [l] *carinæ.*
*Velocem* [m] *Mneſtheus agit acri remige* [n] *Priſtin:*
*Mox Ital°* [o] *Mneſtheus genus à quo nomine Mem̃i:*
*Ingentemq́ue Gyas ingenti mole* [p] *Chimæram,*
[q] *Urbis opus;* [r] *triplici* [s] *pubes quam Dardana verſu*
*Impellunt terno conſurgunt ordine remi.*
*Sergeſtusq́ue, domus tenet à quo Sergia nomen,*
[t] *Centauro invehitur magnâ:* [u] *Scyllaq́ue Cloanth°*
*Cærulea genus unde tibi Romane* [x] *Cluenti.*

*Est*

a) Vide fabulam Ovidii 2. Metamorph.
b) Trojanos. Antonomaſia.
c) Pro, ad certandum, Græca locutio.
d) Vaſa ahenea, anſata, tribus innixa pedibus. Olim præmia victorum, dona principum, quin & Diis ſacra.
e) Victoriæ præmium & ſignum Palma.
f) Oſtrũ ab oſtreis, color in glauco auſterus, iraſcenti mari ſimilis, & ſubrubens; hinc veſtis oſtrina.
g) Alii, talentum, ex ſequenti diſtributione.
h) Inceptos, inchoatos.
i) Editiore loco, ut clangor longiùs audiatur.
k) Enallage numeri.
l) Synecdoche partis.
m) Unus Æneæ comitum, ab Aſſaraco rege oriundus.
n) A forma marinæ belluæ, vel inſigni navis.
o) Repetitione antiquitatem familiæ celebrat, uti poſtea familiam Sergiam & Cluentiam tangit.
p) Mons Lyciæ ignivomus, in cujus cacumine leones; in medio capræ: in radicibus ſerpentes habitant. Hinc factus locus fabulæ, Chimæram eſſe monſtrum, de quo Lucretius: Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra, i. e. capra: à cujus prodigioſa vaſtitate navis denominationem accepit.
q) Ad inſtar urbis.
r) Triremem deſcribit per Anachroniſmum. Nam diu poſt excidium Trojæ primam Triremem Corinthi invenit Aminocles.
s) Metonymia adjuncti.
t) Syntheſis. Pro Navi.
u) Navis à Scylla denominata, cujus fabulam videre licet in Ovidii L. 8. & 14. Metamorph.
x) Apoſtrophe ad Cluentiorum familiam.

- Certamen navale *conſtat*
  - I. Apparatu, *cujus notanda*
    - 1. Antecedentia,
      - 1. Temporis *determinatio, à diei*
        - *1. numero vel ordine novenario.*
        - *2. cauſa efficiente, auriga ſolis,* Phaëtonte.
      - 2. Finitimorum *accurſio,*
        - *1. à cauſa impulſiva, fama* Aceſtæ.
        - *2. ab adjuncta læta frequentia.*
        - *3. à fine, ſeu ſtudio*
          - *1. ſpectandi Troës.*
          - *2. concertandi.*
      - 3. Præmiorum *poſitio,*
        - *1. à ſubjecto loco, in circo.*
        - *2. à materia, per diſtrib.*
          - *1. Tripodes & corona.*
            - *1. à ſubjecto loco. in medio.*
            - *2. à fine, palma victricis.*
          - *2. Arma & veſtes purpureæ.*
          - *3. Talenta auri & argenti.*
      - 4. Tubæ *ſignificatio, à ſubjecto loco.*
      - 5. Navium *deſcriptio,*
        - *1. à paritate, in ordine remorum.*
        - *2. à numero & qualitate, quatuor ſelectiores.*
        - *3. à nominibus, & ductoribus.*
          - *1. Priſtis* Mneſthei,
            - *1. à velocitate.*
            - *2. à ductoris claritate.*
          - *2. Chimæra* Gyæ,
            - *1. à magnitudine.*
            - *2. à triplici remorū ordine, per expolitionem.*
          - *3. Centaurus* Sergeſti
            - *1. à ductoris familia.*
            - *2. à magnitudine.*
          - *4. Scylla* Cloanthi.
            - *1. à colore.*
            - *2. à ductoris familia.*
    - 2. Comitantia. *vid. ſeq.*
  - II. Actu.
  - III. Eventu. } *vid. ſeqq.*

a) Erat poſitum non longè, atq; ita, ut de littore videri poſſet. Nam vox Procul ſignificat & prope & remotè, quoniã Procul eſt quaſi præ oculis.
b) Aliquando, ſubinde, interdum.
c) Nubibus abſcondunt.
d) Synecdoche ſpeciei.
e) Mari.
f) Metaphota.
g) Planicies & latitudo ſaxi.
h) Aves aquaticæ à mergendo dictæ.
i) Arbore ludis funebribus accommodata.
k) Duces, Domini.
l) Remiges coronis populneis velabantur, quia populus erat Herculi victori ſacra.
m) Habentes intenta.
n) Exhaurit ſpiritus.
o) Carceribus, ſpatiis.
p) Metaphora.
q) Celeuſma.
r) Metaphora.
s) Alii habent tridentibus, ruentibus. Primam ſyllabam præter rationem corripit Poëta, ut ſibilo literarum, ſibilum, ſtrepitumq́ convulſi maris deſignet.
t) Carceribus. Enallage numeri.
u) Laxa, effuſa, fluitantia. Metaphora.
x) Plauſui & fremitui reſpondent, nemus conſonans, littora vocem volutantia, colles clamore reſultantes. Eſt hic continuata Hyperbole, Metaphora, Hypotypoſis.
y) Voce repercuſſa, quæ Echo dicitur.

*Eſt [a] procul in Pelago ſaxum, ſpumantia contra*
*Littora, quod tumidis ſubmerſum tunditur [b] olim*
*Fluctibus, hyberni [c] condunt ubi ſidera [d] Cori:*
*[e] Tranquillo [f] ſilet, immotaque attollitur unda*
*[g] Campus, & apricis ſtatio gratiſſima [h] mergis.*
*Hic viridem Æneas frondenti ex [i] ilice metam*
*Conſtituit, ſignum nautis, pater: unde reverti*
*Scirent, & longos ubi circumflectere curſûs.*
*Tum loca ſorte legunt: ipſique in puppibus auro*
*[k] Ductores longè effulgent, oſtroque decori.*
*Cætera [l] populeâ velatur fronde juventus:*
*Nudatosque humeros oleo perfuſa niteſcit.*
*Conſidunt tranſtris, [m] intentaque brachia remis,*
*Intenti expectant ſignum*: exſultantiaq; [n] haurit
Corda pavor pulſans, laudumq; arrecta cupido.
*Inde ubi clara dedit ſonitum tuba, [o] finibus omnes,*
*(Haud mora) [p] proſiluêre ſuis: ferit æthera [q] clamor*
*Nauticus; adductis ſpumant freta verſa lacertis.*
*[r] Infindunt pariter ſulcos, totumque dehiſcit*
*Convulſum remis, roſtriſque [s] ſtridentibus æquor.*
*Non tam præcipites bijugo certamine campum*
*Corripuêre, ruuntque effuſi [t] carcere currus:*
*Nec ſic immiſſis aurigæ [u] undantia lora*
*Concuſſêre jugis, pronique in verbera pendent.*
*Tum [x] plauſu fremituque virûm, ſtudiiſque faventum*
*Conſonat omne nemus: vocemq; incluſa volutant*
*Littora, pulſati colles [y] clamore reſultant.*

*Effugit*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0020-2

**Comitantia Apparatûs ſunt:**

- I. Metæ *præfixio,*
  - 1. *à ſubjecto ſaxo, quod deſcribitur,*
    - 1. *à ſitus & ſpatij qualitate.*
    - 2. *ab hyberna importunitate.*
    - 3. *ab æſtiva tranquillitate.*
    - 4. *à mergorum uſu & commoditate.*
  - 2. *ab adjuncto ſigno, cujus*
    - 1. *efficiens Æneas.*
    - 2. *materia, frons ilicis.*
    - 3. *finis, ut ſcirent reverti, ꝑ expolitionē.*
- II. Locorum *ſortitio, ratione*
  - 1. *ductorum*
    - 1. *à ſubjecto loco, in puppibus.*
    - 2. *ab adjuncto habitu*
      - 1. *purpureo.*
      - 2. *aureo.*
  - 2. *ſociorum*
    - 1. *ab habitu*
      - 1. *populeo.*
      - 2. *oleario.*
    - 2. *à ſitu*
      - 1. *conſidunt ad tranſtra.*
      - 2. *intendunt brachia remis.*
    - 3. *ab affectu,*
      - 1. *ſigni expectatione.*
      - 2. *metus & ſpei colluctatione.*
      - 3. *laudis cupidine.*
- III. Carcerum *relictio*
  - 1. *ab impulſiva, ſigno tubæ.*
  - 2. *ab adjunctis,*
    - 1. *celeritate.*
    - 2. *celeuſmate.*
  - 3. *ab effectis,*
    - 1. *certantiũ impetus, per*
      - 1. *Hypotypoſin, adductorum lacertorum.*
      - 2. *Metaphoram, à terra aratione.*
      - 3. *Hyperbolē, de maris hiatu.*
      - 4. *Comparationem & expolitionē*
        - 1. *à curruũ velocitate.*
        - 2. *ab aurigarũ cupiditate.*
    - 2. *ſpectantium*
      - 1. *plauſus.*
      - 2. *clamor, per Hyperbolen repercuſſionis.*

Effugit ante alios, primusq́; elabitur undis
[a] Turbam inter fremitumq́; [b] Gyas: quē deinde Cloantho
Conſequitur, [c] melior remis: ſed pondere [d] pinus
Tarda [e] tenet; Poſt hos [f] æquo diſcrimine Priſtis
Centaurusq́; locum tendunt ſuperare priorem:
Et nunc Priſtis abit, nunc victam præterit ingens
Centaurus: nunc unâ ambæ junctisq́; feruntur
Frontibus, & longa [g] ſulcant vada ſalſa carina,
Iamq́; propinquabant ſcopulo, metamq́; tenebant,
Quam [h] Princeps medioq́; Gyas in gurgite victor
Rectorem navis compellat voce Menœten,
Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige curſum:
[i] Littus ama, & [k] lævas ſtringat ſine [l] palmula cautes:
Altum alij teneant. Dixit, ſed [m] cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad [n] undas.
Quò diverſus abis? iterum, Pete ſaxa Menœte,
Cum clamore Gyas revocabat: & ecce, Cloanthum
Reſpicit [o] inſtantem tergo, & [p] propiora tenentem.
[q] Ille, inter navemq́; Gyæ ſcopulosq́; ſonantes,
Radit iter lævum interior: ſubitusq́; priorem
Præterit & metis tenet æquora [r] tuta relictis.
Tum verò [s] exarſit juveni dolor oſſibus ingens,
Nec lacrymis caruere genæ: ſegnemq́; Menœten,
Oblitus decorisq; ſui, [t] ſociûmq; ſalutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab altâ.
Ipſe gubernaclo rector ſubit, ipſe magiſter:
Hortaturq́; viros, clavumq́; ad littora torquet.
[u] At gravis ut [x] fundo vix tandem redditus imo eſt
Iam [y] ſenior, madidâq́; fluens in veſte Menœtes,
Summa petit ſcopuli, ſiccaq́; in rupe reſedit.
Illum & [z] labentem Teucri & riſere natantem,
Et ſalſos rident revomentem pectore fluctus.

a) Inter turbæ fremitum, ſtrepitum, & ſtudia atq; clamores partium faventium ἐνδιαδυοῖν.
b) Poëta, varietatis cauſa, modò ipſos duces, modò pro ducibus navium nomina uſurpat.
c) Vel remigandi peritior, vel remis inſtructior.
d) Metonym, mater. navis pinea.
e) Enallage generis, pro tenetur, moratur.
f) Pari intervallo, interſtitio, æquatis frontibus.
g) Metaphora.
h) Primus in ordine, & ad tempus victor.
i) Saxum in quo eſt meta.
k) Remi leniter ſtringant propiores cautes, quo breviore gyro circum flectas metam à læva cū viæ compendio devitatam.
l) Remus Synedochicè, extrema pars remi, in more palmæ protentæ.
m) Latentia ſub aquis, & procurrentia.
n) Ad profundum & altum, cum viæ diſpendio.
o) Urgentem & proximè à tergo hærentem.
p) Proxima; Enallage gradus.
q) Cloanthus navigat inter dextrā Gyæ navem, & lævum ſcopulū.
r) Profunda, non periculoſa, per latentia ſaxa; ſed prætervectus ſcopulos, inoffenſa navi rediturus ad Carceres.
s) Generoſi animi indicium, aliena imperitia palmam ſibi eripi indignè ferentis.
t) Syncope, pro ſociorum, quorum ſalus agebatur dejecto gubernatore. u) Suſpendit parumper narrationem, & per occaſionem obiter, ad delectandum, Menœtæ fortuam refert.
x) Ellipſis præpoſitionis; Ex undis. y) Pathos ab ætate & habitu. z) Homœoptota riſui accomodata.

Hic

*Decurſionis Succeſſus eſt vel*

- I. Anceps, *ab ordine*
  - *1. impari, inter*
    - *1. Gyæ chimæram, quæ*
      - *1. excurrit prima.*
      - *2. inter fremitum turbæ.*
    - *2. Cloanthi Scyllam, quæ conſequitur*
      - *1. remis melior.*
      - *2. pondere tardior.*
  - *2. pari, inter Mneſthei Priſtin, & Sergeſti Centaurum, ubi*
    - *1. contentio.*
    - *2. alternatio.*
    - *3. æquatio, vel conjunctio per expolit.*
- II. Certus, *qui eſt vel*
  - 1. Infelix Gyæ, *deſcriptus*
    - *1. ab antecedente felicitate, quòd eſſet*
      - *1. metæ proximus.*
      - *2. curſu primus.*
    - *2. à Cauſa, Gubernatore Menœte, cujus*
      - *1. Imperitiæ culpatio, conſtat*
        - *1. Efficiente, ipſo Gya compellante.*
        - *2. Forma, vice*
          - *1. primâ, curſûs*
            - *1. dextri reprehenſione.*
            - *2. ſiniſtri ſuaſione.*
            - *3. alieni diſſuaſione.*
          - *2. ſecūdâ*
            - *1. à cauſa, Menœtis*
              - *1. timiditate.*
              - *2. contrarietate.*
            - *2 à forma, quæ eſt admonitio iterata.*
            - *3. ab adjuncto clamore.*
      - *2. Inobedientiæ vindicatio, cujus*
        - *1. Impulſiva*
          - *1. externa, Cloanthi*
            - *1. inſtatio.*
            - *2. æquatio, à ſubjecto loco & ſitu*
            - *3. anteverſio.*
            - *4. præternavigatio.*
          - *2. interna, Gyæ ira,*
            - *1. ab adjuncta*
              - *1. vehementia.*
              - *2. illachrymatione.*
            - *2. ab effecto, oblivione*
              - *1. Honeſtatis.*
              - *2. Salutis ſuæ & ſociorum.*
        - *2. Actus,*
          - *1. Menœtis ejectio in mare.*
          - *2. Gyæ ſucceſſio,*
            - *1. ſedendo ad gubernaculum.*
            - *2. hortando remiges.*
            - *3. torquendo clavum.*
        - *3. Eventus, Menœtis*
          - *1. emerſio*
            - *1. à termino à quo, fundo imo.*
            - *2. à difficultate, ob madorem.*
            - *3. à termino ad quem, rupē, ſcopulū*
          - *2. irriſio, ob 1. lapſum. 2. natatum. 3. vomitū.*
    - *3. ab Eventu. vid. ſeq.*
  - 2. Infelicior, felix, felicior. *vid. ſeqq.*

*Hîc lætâ extremis ſpes eſt accenſa duobus,*
*Sergeſto,*[a] *Mneſtheoq́, Gyam ſuperare morantem.*
*Sergeſtus capit ante locum, ſcopuloq́ propinquat:*
*Nec*[b] *totâ tamen ille prior præeunte carinâ:*
*Parte prior; partem roſtro premit æmula Priſtis.*
*At mediâ ſocios incedens nave per ipſos*
*Hortatur Mneſtheus: Nunc, nunc inſurgite remis*
[c] *Hectorei ſocij, Trojæ quos*[d] *ſorte ſuprema*
*Delegi comites: nunc illas promite vires,*
*Nunc animos, quibus in*[e] *Getulis ſyrtibus uſi,*
[f] *Ionioq́ mari,*[g] *Maleæq́ ſequacibus undis.*
Non jam prima peto[h] *Mneſtheus,* neque vincere certo:
[i] *(Quanquã, ô) ſed ſuperent quibꝰ hoc,*[k] *Neptune, dediſti.)*
[l] Extremos pudeat rediiſſe: *hoc vincite cives,*
*Et prohibete*[m] *nefas.*[n] *Olli certamine ſummo*
[o] *Procumbunt: vaſtis tremit ictibus*[p] *ærea puppis:*
*Subtrahiturq́*[q] *ſolum: tum creber anhelitus artûs*
*Aridaq́ ora quatit: ſudor fluit undiq́ rivis.*
*Attulit ipſe viris optatum caſus honorem.*

a) Diſſyllabũ eſt, e & o per Synæreſin in unam ſyllabam coëuntibus, ex verſus neceſſitate. b) Sergeſtꝰ non in totum præcedebat *Mneſtheũ*, ſed tantùm prora; nam puppim roſtro premebat Priſtis. c) A memoria & recordatione Hectoris eos ad feſtinandũ hortatur, Hectoreos appellans, tanquam Hectoris virtutem referentes. d) In excidio Trojæ.
e) Libycis. Neq; enim Syrtes in Getulis ſunt, nec contra Getulos jacent: ſed ex parte totum Poëta intelligit.
f) Juxta Charybdim.
g) Malea Promontorium Laconiæ, cujus cautes in mare procumbunt VM. paſſuum, hinc ſequaces dictæ, quaſi perſecutrices, Syrticę undæ incautos impediunt, abſorbentque.
h) Non infimus Trojanorum dux exiſtens. i) Apoſiopeſis modeſta.
k) Apoſtrophe. l) Occupet extremũ ſcabies, mihi turpe relinqui eſt. *Horat.* m) Summum dedecus.
n) Antiſtœchon. o) Proni incumbunt. p) Roſtro æreo armata, vel firma, fortis. q) Navibus mare ſolum, ſtellis cœlum dicitur.

---

*Nanq; furens animi, dum prorã ad ſaxa ſuburget*
[a] *Interior, ſpatioque ſubit Sergeſtus iniquo,*
*Infelix ſaxis in procurrentibus hæſit.*
*Concuſſæ cautes, & acuto in*[b] *murice remi*
[c] *Obnixi crepuêre: illiſaque prora*[d] *pependit.*
*Conſurgunt nautæ, & magno clamore*[e] *morantur:*
*Ferratasque*[f] *ſudes & acutâ cuſpide*[g] *contos*
*Expediunt, fractosque*[h] *legunt in gurgite remos.*
*At lætus Mneſtheus, ſucceſſuque acrior ipſo,*
[i] *Agmine remorum celeri, ventisque vocatis,*
[k] *Prona petit maria, & pelago decurrit*[l] *aperto.*

a) Siniſterior. b) Saxo aſpero & acuto, cochleam marinam referente. c) Illiſi, impacti, diſſilire in partes.
d) Nutavit, libravit ſeſe.
e) Retrò agunt.
f) Alii, Ferratas trudes.
g) Nautica inſtrumenta, acutum in capite ferrum habentia, quibus nautæ loca navibus opportuna explorant. h) Colligunt.
i) Vel actu, vel multitudine remorum.
k) Vicina littoribus, tuta, quieta, expeditiora Mneſtheo, jam à meta tanquam à monte deſcendenti.
l) Ubi nulli ſcopuli, nullæ cautes erant.

Qualis

# TAB. VIII.

**Eventus eſt vel**

- I. Communis, videl. Æmulatio
  - 1. à Subjectis, duobus extremis, Sergeſto & Mneſtheo.
  - 2. ab impulſiva
    - 1. interna, ſpe vincendi.
    - 2. externa, mora Gyæ.
- II. Proprius
  - 1. Sergeſto, Anteverſio, qua
    - 1. proponitur per expolitionem.
    - 2. illuſtratur per
      - 1. ἄρσιν, non totalis.
      - 2. θέσιν, ſed partialis.
  - 2 Mneſtheo, Exhortatio ſuorum, cujus
    - 1. Impulſiva eſt medietatis inter ſocios occupatio.
    - 2. Forma conſtat
      - 1. Propoſitione: inſurgite remis.
      - 2. Confirmatione,
        - 1. ab honeſto, quòd eſſent
          - 1. Hectoris æmuli.
          - 2. Sui comites delecti.
        - 2. à facili, memoria actorum,
          - 1. in Syrtibus.
          - 2. in Ionio mari.
          - 3. in promontorio Maleæ.
      - 3. Occupatione,
        - 1. Videor quidem prima petere.
        - 2. ſed acquieſco fortunæ, nec alteri victoriam invideo.
      - 4. Complexione, qua conſtat
        - 1. exhortatione; ne eſtote ultimi.
        - 2. motu; vincite cives prohibete nefas.
    - 3. Effectus, ſociorum
      - 1. Conatus ſummus, qui
        - 1. proponitur: Certamine ſummo procumbũt.
        - 2. amplificatur hypotypoſi
          - 1 puppis trementu.
          - 2. ſoli ſubtracti
          - 3. remigum
            - 1. anhelantiũ.
            - 2. ſudantium.
      - 2. Caſus fortuitus, qui fecit ſpem victoriæ.

---

**Succeſſus infelicior Sergeſti deſcribitur,**

- 1. à cauſa
  - 1. impellente, furore animi.
  - 2 procreante, navis ad ſaxa directione, per expolitionem.
- 2. à forma,
  - 1. ipſe hæſit in ſaxis prominentibus.
  - 2 cautes concuſſæ.
  - 3. remi fracti.
  - 4. navis illiſa pependit.
- 3. ab adjuncto nautarum
  - 1. clamore.
  - 2. labore
    - 1. molientium naves contis.
    - 2. legentium remorum fragmenta.
- 4. ab effectu, Mneſthei
  - 1. hilaritate.
  - 2. alacritate.
  - 3. celeritate,
    - 1. à cauſa, adminiculo
      - 1. remorum.
      - 2. ventorum.
    - 2. ab effecto, curriculo expedito, per expolitionem.

[a] *Qualis ſpeluncâ ſubitò* [b] *commota columba,*
*Cui* [c] *domus, & dulces latebroſo in* [d] *pumice nidi,*
*Fertur in arva volans,* [e] *plauſumq;* [f] *extereita pennis*
*Dat* [g] *tecto ingentem; mox aëre lapſa* [h] *quieto,*
[i] *Radit iter liquidum, celeres neq; commovet alas:*
*Sic Mneſtheus, ſic ipſa fugâ ſecat ultima Priſtis*
*Æquora; ſic illam fert impetus ipſe volantem.*
*Et primùm in ſcopulo luctantem deſerit alto*
*Sergeſtum.* [k] *brevibusq; vadis:* fruſtraq; vocantem
Auxilia, & [l] fractis, diſcentem currere remis.
*Inde Gyan, ipſamq;, ingenti mole Chimæram*
*Conſequitu : cedit, quoniam ſpoliata* [m] *magiſtro eſt.*
[n] *Solus jamq; ipſo ſupereſt in fine Cloanthus,*
[o] *Quem petit, & ſummis* [p] *adnixus viribus urget.*
*Tum verò* [q] *ingeminat clamor,* [r] *cunctiq; ſequentem*
*Inſtigant ſtudijs: reſonat clamoribus æther.*
[s] Hi, [t] propriũ decus, & partũ [u] indignantur ho-(norem
Ni teneant, [x] vitamq; volunt pro laude paciſci:
Hos ſucceſſus alit; [y] POSSUNT, quia poſſe vi-(dentur.
*Et fors æquatis cepiſſent præmia,* [z] *roſtrũ,*
[a] *Ni palmas, ponto tendens* [b] *utrasq; Cloanthus,*
*Fudiſſetq; preces, divosq; in vota vocaſſet:*
*Dij, quibus imperium pelagi, quorum æquora* [c] *curro,*
*Vobis lætus ego hoc* [d] *candentem in littore taurum*
*Conſtituam ante aras,* [e] *voti reus: extaq; ſalſos*
[f] *Porriciam in fluctûs, & vina liquentia fundam.*
*Dixit: eumq; imis ſub fluctibus audijt omnis*
[g] *Nereidum* [h] *Phorciq; chorus,* [i] *Panopæaq; virgo:*
*Et pater ipſe manu magnâ* [k] *Portunus euntem*
*Impulit. Illa Noto citius volucriq; ſagittâ*
*Ad terram fugit, &* [l] *portu ſe condidit alto.* **Tem-**

a) Mneſthêi felicem ſucceſſum à columbæ natura amplificat; primum, ſuperato Sergeſto, velocitatem: deinde æquabilem curſum, ad prævertendũ Gyan & Cloanthum. b) Leni etiam ſtrepitu, in præcipitem volatum ſedibus, nidoq; exturbata; cujus volatus initio vehemens, poſt remiſſior, ut durare non poſſit.
c) Columbarium. Metaphora.
d) Rupe foraminoſa, inſtar pumicis. Pro ſaxo, ſpecies pro genere. Synedoche. e) Stridorem edit concitato volatu. f) Non peñis, ſed clamore & ſtrepitu aliquo exercita, urgente pavore, vel metu commota. g) Domeſticæ columbæ ſub tectis, ſylveſtres in arboribus nidulantur. h) Tuto, ſecuro, à periculis libero. i) Secat cœlum ſerenum, aërem purum.
k) Vada brevia ſunt ſaxa ſub aquæ ſuperficie latentia, navigantibus non conſpicua. l) Proverbij ſpeciem habet, idemq; eſt, quod tenui præſidio niti; venuſtè & feſtivè: nam magnæ artis eſt fractis remis navigare. m) Gubernatore præcipitato. n) Præteritis Gya & Sergeſto. o) Cloanthũ inſequitur Mneſtheus. p) Vel adniſus.
q) Enallage generis, pro ingeminatur. r) Spectatores in littore favore ſuo extimulant.
s) Cloanthi ſocij, qui jam victoriã prope manu tenebant. t) Quaſi certum parata victoria. u) Indignè ferunt. x) Deſpondere vitam pro victoria, ex pacto vitam cum laude mutare. y) Sperantes victoriam ex opinione ſpectantiũ.
z) Proris. Et forte intraſſent unà portum reverſi ad carceres, æquatis frontib⁹, ad æqua præmia; niſi divinam opem imploraſſet Cloanthus. *a*) Sic victoria non humanis viribus, ſed divino auxilio contingit. *b*) Enallage numeri. *c*) Metaphora. *d*) Candidũ, victorialem; alias Neptuno immolandus erat niger taurus. *e*) Debitor, qui ſuſcepto ſub conditione voto, ſe numini obligat; hinc vota ſolventes abſoluti, non ſolventes damnati dicebantur.
*f*) Verbum ſacrificantib⁹ ſoleñe, Exta proſecta & porrecta, nec non vina libabo in fluctus, Dijs ſcil. marinis, ut alijs Dijs in ara, menſa, foco, aut terra. *g*) Nympharum marinarum, Nerei & Doridis filiarum, numero quinquaginta. *h*) Neptuni & Theſeæ filius, Deus marinus. *i*) Una filiarum Nerei, ab aquarum perſpicuitate dicta. *k*) Idem Palæmon, & Melicerta dictus, quaſi Portuum cuſtos & Præſes. *l*) Ad interiora portus penetravit.

- Succeſſus
  - 1. Felix, *Mneſthei, deſcribitur per*
    - 1. Comparatione *à volatu columbæ, cujus*
      - *1. Protaſis*
        - *1. à cauſa impulſiva, ſubita commotione è ſpelunca.*
        - *2. à ſubjecto nido dulci, in ſaxo cavo, ꝑ Pathopœiam.*
        - *3. à termino ad quem, in arva.*
        - *4. ab adjuncto ſtridore.*
        - *5. ab effecto, quieta demiſſione, per expolitionem.*
      - *2. Apodoſis: Sic Mneſthei navis 1. fugit. 2. volat.*
    - 2. Diſtributionem *eorum, quos vel*
      - *1. antevertit, ut*
        - 1. Sergeſtum,
          - *1.1 cauſa, luctatione in ſcepulo.*
          - *2. ab adjuncta fruſtranea opis imploratione.*
          - *3. ab effectu, difficili navigatiõe fractis remis.*
        - 2. Gyan, *quem &*
          - *1. conſequitur, ob molem Chimæræ.*
          - *2. præterit, ob defectum Gubernatoris.*
      - *2. urget* Cloanthum, *ubi not.*
        - *1. Impulſiva.*
          - *1. externa, quia ſolus reſtabat Cloanthus in fine ſupe- (rando.*
          - *2. interna, vincendi ſtudiũ, ſummis viribus.*
        - *2. Adjunctꝰ ſpectatorum clamor, cujus not.*
          - *1. adjuncta intenſio ſeu ingeminatio.*
          - *2. finis ſeu intentio, favor.*
          - *3. effectus, per hyperbolen, repercuſſio in aëre.*
        - *3. Oppoſita contentio ſociorum*
          - *1. Cloanthi, ab impulſiva.*
            - *1. externa, victoria fermè parta, per expolitionem.*
            - *2. interna, laudis cupiditate, præ (vita.*
          - *2. Mneſthei, ubi*
            - *1. cauſa imp.*
              - *1. externa ſucceſſus.*
              - *2. interna ſpes virium.*
            - *2. effectꝰ, ægra & fortuita victoriæ præ- (reptio.*
  - 2. Felicior, *ſcil. Cloanthi,*
    - *1. à cauſa adjuvante, precibus, cujus not.*
      - *1. Adjunctus geſtus, extenſis manibus.*
      - *2. Objectum, in vota vocavit. deos marinos.*
      - *3. Forma cujus*
        - *1. Exordium captat benevolentiam, à poteſtate.*
        - *2. Propoſitio tacita ſub intelligitur: conferte mihi victoriam.*
        - *3 Confirmatio ab utili,*
          - *1. immolatione tauri ad aram.*
          - *2. projectione extorum in mare.*
          - *3. fuſione vini.*
      - *4. Effectus*
        - *1. ex auditio 1. Nereidum. 2. Phorci. 3. Panopeæ.*
        - *2. impulſio Portuni.*
    - *2. à forma, recurſione, cujus*
      - *1. adjuncta celeritas per comp.*
        - *1. Venti.*
        - *2. Sagittæ.*
      - *2. ſubjectus terminus ad quem, Portus.*

*Tum [a] ſatus Anchiſâ, cunctis ex more vocatis,*
*Victorem [b] magnâ [c] præconis voce Cloanthum*
*Declarat, viridiq; advelat [d] tempora lauro:*
*Muneraq; in naves, [e] ternos [f] aptare juvencos,*
*Vinaq;, & argenti magnum [g] dat ferre [h] talentū.*
*Ipſis præcipuos ductoribus addit [i] honores:*
*Victori [k] chlamydem auratam, quam plurima circū*
*Purpura Mæandro duplici [l] Melibœa cucurrit:*
*Intextusque [m] puer frondoſâ regius [n] Idâ*
*Veloces jaculo cervos, curſuq; fatigat,*
*Acer, anhelanti ſimilis: quem præpes ab Ida*
*Sublimem pedibus [o] rapuit Jovis armiger uncis.*
*Longævi palmas nequicquam ad ſidera tendunt*
*Cuſtodes: [p] ſævitq; canum latratus in auras.*
*At [q] qui deinde locum tenuit virtute ſecundum,*
*Levibus huic [r] hamis conſertam, aureque trilicem*
*Loricam (quam Demoleo detraxerat ipſe*
*Victor, apud rapidum Simoenta, ſub [s] Ilio alto)*
*Donat habere viro, decus & tutamen in armis.*
*Vix illam famuli [t] Phegeus, Sagarisq; ferebant,*
*Multiplicem, connixi humeris: indutus at olim*
*Demoleus, curſu [u] palantes Troas agebat.*
*Tertia dona [x] facit, geminos ex ære [y] lebetas,*
*[z] Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis.*
*Jamq;*

a) Æneæ periphraſis.
b) Clara voce pronunciat.
c) Præconum erat in ludis gymnicis victorū nomina pronunciare, eisq; coronas imponere.
d) Caput. Synedocche partis pro toto.
e) Non ſingulis navibus ternos, ſed ſingulos tribus quæ redierāt.
f) Alijs optare.
g) Dat ferendum.
h) Talentum magnum conſtabat 80. minis; vel 8000. drachmis: Gallica computatione 800. coronatis.
i) Munera honoraria.
k) Indumentum imperatorium & militare, cujꝰ oras gemina prætexta purpurea ſinuoſo, & in ſe remeabili flexu, ad inſtar Mæandri Cariæ fluvij cinxit.
l) Ab inſula vel urbe Theſſaliæ, cognomine, purpura celebri. i. e *Melibœenſis*.
m) Ganymedes Trois filius, ab aquila invenatione raptus.
n) Ellipſis præpoſitionis In.
o) Aquila rapuit ad pocillandum Jovi.
p) Sævire videtur.
q) Maeſtheus.
r) Squamis aureis, ſpiriſve conſertam, triplici ſerie connexis, vel tribus licijs ornatam per eas currentibus.
s) Hiatus. Græco more.
t) Quantus igitur Æneas, qui eam tanto viro detraxit.
u) Indiverſum fugientes. Metaph. vel ab errantibus bobus, vel à palis caſtrorum huc illuc translatis
x) Gyæ.
y) Tripodes fortibus viris in præmia dari ſolitos.
z) Vaſa in formam Cymbæ nauticæ, cælata & ſignis ornata.

Eventus eſt premiorum diſtributio, cujus not.

- 1. Præparatio, *quæ eſt victoru declaratio,*
  - *1. ab efficiente*
    - *1. principali, Ænea, per periphraſin.*
    - *2. impulſiva, ex more ludorum.*
    - *3. inſtrumentali, voce præconis.*
  - *2. ab adjuncta laurea corona.*
- 2. Executio, *vel*
  - 1. indefinita, *diſtribuit navium*
    - *1. remigibus,*
      - *1. tres boves.*
      - *2. vinum.*
      - *3. argenti talentum.*
    - *2. ductoribus, munera honorifica.*
  - 2. definita, *videl. vel*
    - 1. victoribus, *nimirum*
      - 1. Cleantho *chlamys,*
        - *1. à materia*
          - *1. auro.*
          - *2. purpura*
            - *1. ſinuoſa & flexuoſa inſtar Mæandri.*
            - *2. Melibœenſi.*
        - *2. à forma, pictura rapti Ganymedis,*
          - *1. à genere regio, & loco, monte Ida.*
          - *2. à ſubjecto occupāte, venatione cervorū,*
            - *1. ab inſtrumētali,*
              - *1 jaculis*
              - *2. curſu.*
            - *2. ab adjūcta acrimonia, ꝑ hypotypoſin anhelitus.*
          - *3. à termino à quo, & ad quem, à monte Ida, in cœlum.*
          - *4. à cauſa efficiente, Iovis armigero, aquila.*
          - *5. ab effectu, ꝑ patheticam hypotypoſin, nim. irrito*
            - *1. cuſtodū luctu.*
            - *2. canū latratu.*
      - 2. Mneſtheo, *Lorica,*
        - *1. ab efficiente virtute, qua ſecundas obtinuit.*
        - *2. à forma, levibus hamis conſerta.*
        - *3 à materia, auro trilix, i.e. triplex.*
        - *4. à ſubjecto poſſeſſore Demoleo, quē vicit Æneas, à ſubjecto*
          - *1. flumine.*
          - *2 urbe.*
        - *5. à fine donationis, in*
          - *1. ornamentum.*
          - *2. tutamen.*
        - *6. ab adjuncta gravitate, ꝑ cōparata imparia; quippe cui ferendæ*
          - *1. impares fuerunt duo famuli.*
          - *2. par fuit Demoleus.*
      - 3 Gyæ,
        - *1. Duo lebetes, à materia, ex ære.*
        - *2. Pocula, 1. à materia, ex argēto. 2. à forma, ſculptura.*
    - 2. victo Sergeſto. *vid. ſeq.*

*Jamq; adeò donati omnes, opibusq; ſuperbi,*
*Puniceis ibant evincti tempora [a] tænijs:*
*Quum ſævo è ſcopulo multâ vix arte revulſus,*
*Amiſſis remis, atq; ordine debilis uno*
*Irriſam ſine honore ratem Sergeſtus agebat.*
*Qualis ſæpe [b] viæ deprehenſus in aggere ſerpens,*
*[c] Ærea quē obliquum rota tranſijt, aut gravis ictu*
*Seminecem liquit ſaxo lacerumque viator;*
*Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus:*
*[d] Parte ferox, ardensque oculis & ſibila colla*
*Arduus attollens: [e] pars vulnere clauda [f] retentat*
*Nexantem nodos, ſeque in ſua membra plicantem.*
*Tali remigio navis ſe tarda movebat:*
*Vela facit tamen, & plenis ſubit oſtia [g] velis.*
*Sergeſtum Æneas [h] promiſſo munere donat,*
*Servatam ob navem lætus, ſociosque reductos.*
*[i] Olli ſerva datur, [k] operum haud ignara Minervæ,*
*[l] Creſſa genus Pholoë, [m] geminiq; ſub ubere nati.*

a) Vittis, lemniſcis. Synecdoche partis. Nam tænie erant extremæ partes vittarum, quæ ab infulis vel coronis undantes pendent.

b) In editiore viæ publicæ loco, per quem vehicula aguntur; viæ enim publicæ exaggerabātur, ut imber inde deflueret.

c) Synecdoche. Nam rotarum circumferentiæ, ſive abſides, canthis ſeu ferreis laminis munitæ ſunt.

d) Priore.

e) Poſterior ſaucia.

f) Non ſinit prorepere, inhibet.

g) Epanalepſis, & Polyptoton. Vela faciens velis intrat portum: Nam oſtia ſunt fluminum.

h) Victis ſolatia non ſunt neganda.

i) Antiſtæchon.

k) Lanificij, telæ, texturæ; à Minerva inventæ.

l) Cretenſis.

m) Etiam fœcunditas ſervarum erat in pretio.

Hoc

# TAB. XI.

Victus Sergeſtus deſcribitur
- 1. ab appulſu miſerabili,
  - 1. à Contrariis,
    - 1. Cæteri erant
      - 1. Donati.
      - 2. Elati.
      - 3. Coronati.
    - 2. Sergeſtus
      - 1. ægrè à ſcopulo liberatus.
      - 2. remis exutus.
      - 3. irriſus.
  - 2. à Comparatis, ubi
    - 1. Protaſis, qualiter ſerpens
      - 1. deprehenſus in via.
      - 2. vulneratus
        - 1. rota.
        - 2. gladio viatoris.
      - 3. fruſtra conatur fugere.
      - 4. parte
        - 1. integra
          - 1. ferocit.
          - 2. oculis ardet.
          - 3. collũ attollit.
        - 2. ſaucia
          - 1. claudicat.
          - 2. colligit ſe tractu in ſpiram.
    - 2. Apodoſis, taliter Sergeſti navis
      - 1. redit.
      - 2. portum ſubit.
- 2. à brabeuta laudabili, cujus impulſiva
  - 1. interna, promiſſio.
  - 2. externa, ſervata navis, ſocij reducti.
- 3. à munere delectabili Serva Pholöe
  - 1. ab artificio texturæ.
  - 2. à gente, Cretenſis.
  - 3. à natis geminis.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0031-3

*Hoc pius Æneas [a] miſſo certamine, tendit*
*[b] Gramineum in campum, quem collibus undiq; curvi*
*Cingebant ſilvæ: mediaque in valle [c] theatri*
*Circus erat, [d] quò ſe multis cum millibus heros*
*Conſeſſu medium tulit, [e] exſtructoq; reſedit*
*[f] Hic, qui fortè velint rapido contendere curſu,*
*Invitat pretijs animos, & præmia ponit.*
*Vndiq; conveniunt Teucri, miſtiq; [g] Sicani:*
*Niſus & Euryalus, [h] primi.*
*Euryalus, forma inſignis, viridiq; juventa:*
*Niſus amore [i] pio pueri: quos deinde ſequutus*
*Regius egregiâ Priami de ſtirpe Diores.*
*Hunc Salius, ſimul & Patron: quorum alter [k] Acarnan,*
*Alter ab Arcadia, [l] Tegeæ de ſanguine gentis.*
*Tum duo [m] Trinacrij juvenes, Helymus, Panopesque,*
*Aſſueti ſilvis, comites ſenioris Aceſtæ.*
*Multi præterea, quos fama obſcura [n] recondit.*
*Æneas [o] quibus in medijs ſic deinde loquutus:*
*Accipite hæc animis, lætasque advertite mentes:*
*[p] Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.*
*[q] Gnoſſia bina dabo [r] levato lucida ferro*
*[ſ] Spicula, cælatamque argento ferre [t] bipennem.*
*Omnibus hic erit unus honos: tres præmia primi*
*Accipient, flavâque caput nectentur [u] olivâ.*
*Primus equum phaleris inſignem victor habeto:*
*Alter [x] Amazoniam pharetram, plenamq; ſagittis*
*Threicijs: lato quam [y] circum amplectitur auro*
*[z] Balteus, & tereti ſub nectit fibula gemmâ.*
*Tertius Argolicâ hâc galeâ, contentus abito.*

Hac

a) Omiſſo. Enallage figuræ ſimplicis. b) Aptum curſuris propter ſoli æqualitatem. c) Circus theatri, i. e Spatium ſpectaculi, vel circus theatri inſtar: vallis ex omni parte aſcenſu facilis & acclivis. Reſpicit autem Poëta ad theatrum Romanum hemicycli ſpecie ædificatum, cui vela carbaſina obtendebantur, cùm ex eo ludi ſpectabantur. Amphitheatra autem è duobus theatris forma rotunda conſtabant.

d) In quem locum ſpatioſum, ſive circum; e) Scil. Stibadio aut toro ibi præparato. f) In hoc circo inter nobiles Trojanos ſedēs Æneas. g) Siculi. h) Quorum res geſtas vide lib 9.

i) Honeſto, Attico & Lacedæmonio, non Thebano aut Cretenſi, παιδεραςίας.

k) Epirota, qui ex Acarnania eſt in Epiro l.) Tegea Arcadiæ oppidū. Alij habent: ab Arcadio Tegeææ ſanguine gentis, m) Siculi. Trinacria enim Sicilia dicebatur à tribus promotorijs. n) Reticuit, obliteravit, vel occuluit.

o) Inter quos Æneas medius ſic fatus eſt. p) Ut etiam ignaviſſimos quosq; ad virtutem extimulet. q) Cretenſia. Gnoſſus, vulgò Candia, urbs Cretæ ſagittarijs olim clara. r) Levigato, candefacto, ſplendeſcenti.

ſ) Spiculum erat telum miſſile; Veteribus pilum: ad cujus jactū exercebantur milites, ita ut arte & virtute dirigente, ſcutatos pedites & loricatos equites ſæpe transverberarent. Interdum ſumitur pro ſagitta, vel ejus ferro; interdum pro apum aculeis.

t) Securim ancipitem, ex utraq; parte aciem habentem, manubrio & argento cælato inſtructum.

u) Alludit ad Olympia, in quibus victor olea coronabatur. x) Quali utuntur Amazones; vel ſuperſtitem ex ſpolijs Amazonum, quæ populabundæ Phrygiam invaſerant: Vel etiam ex ijs, quæ auxilio venerant Priamo, duce Pentheſilea. y) Alijs circumplectitur.

z) Cingulum militare. Veteribus etiam Balteum. Zona bullis armata, vel lorum unde arma dependent.

# TAB. XII.

*Certamen curſorum conſtat.*

- 1. Apparatu, *qui deſcribitur*
  - 1. ab adjuncto tempore, per tranſitionem, ſcil. finitè certamine navali.
  - 2. à ſubjecto loco, per topographiam.
    - 1. à ſoli æqualitate, in campo graminoſo.
    - 2. à ſitus amœnitate, collibus ſylvoſis undiq; cincto.
    - 3. à commoditate
      - 1. currendi, in circo theatri.
      - 2. ſedendi, ab Ænea
        - 1. comitatu.
        - 2. ſitu, in medio.
        - 3. toro extructo.
  - 3. ab authore Ænea, cujus
    - 1. Propoſitio invitat ad curſum.
    - 2. Ratio, à præmiorum
      - 1. promiſſione.
      - 2. poſitione.
  - 4. à ſubjectis curſoribus
    - 1. definitis
      - 1. à natione, Troianis & Siculis.
      - 2. à nomine & ordine.
        - 1. Niſus & Euryalus
          - 1. à forma.
          - 2. ab ætate.
          - 3. ab amicitia.
        - 2. Diores à generis claritate.
        - 3. Salius & Patron, à patria
          - 1. Acarnania.
          - 2. Arcadia.
        - 4. Helymus & Panopes à
          - 1. natione.
          - 2. venatione.
          - 3. functione.
    - 2. indefinitis, multis alijs, quorum nomina latent.
  - 5. ab adjuncta præmiorum promiſſione, cujus
    - 1. Efficiens Æneas deſcribitur à ſitu.
    - 2. Forma conſtat.
      - 1. Captatione attentionis per expolitionem.
      - 2. Propoſitione: nemo non donatus abibit.
      - 3. Confirmatione, per diſtributionem præmiorum, vel
        - 1. omnibus communium p
          - 1. Diſtribut.
            - 1. duo ſpicula Cretęſia, à forma & materia.
            - 2. bipennis argento cælata.
          - 2. Aſſumptionē epiphonematicam.
        - 2. Singulis propriorum.
          - 1. à ſubjectis, tribus primis.
          - 2. ab adjunctis coronis oleaginis.
          - 3. à diſtributione, habebit
            - Primus equum phaleratum.
            - Secundus Pharetram.
              - 1. à ſubjecto poſſeſſore.
              - 2. ab adjunctis ſagittis Thracijs.
              - 3. à forma
                - 1. Baltei aurei.
                - 2. Fibulæ gemmeæ.
            - Tertius galeam Argolicam.
- 2. Actu.
- 2. Eventu.

vid. ſeqq.

*Hæc ubi dicta,* [a] *locum capiunt;* [b] *ſignoq; repentè*
[c] *Corripiunt ſpatia audito:* [d] *limenq; relinquunt*
[e] *Effuſi,* [f] *nimbo ſimiles: ſimul ultima* [g] *ſignant.*
*Primus abit, longeq; ante omnia corpora Niſus*
*Emicat, &* [h] *ventis & fulminis ocyor* [i] *alis.*
*Proximus huic, longo ſed proximus intervallo,*
*Inſequitur Salius: ſpatio pòſt* [k] *deinde relicto*
*Tertius Euryalus.* (*ipſo*
*Euryalumq; Helymus ſequitur, quo deinde* [l] *ſub*
*Ecce volat* [m] *calcemq; terit jam calce Diores,*
*Incumbens* [n] *humero;* [o] *ſpatia & ſi plura ſuperſint,*
*Tranſeat* [p] *elapſus prior,* [q] *ambiguumve relinquat.*
*Jamq; ferè ſpatio extremo feſſiq; ſub ipſam*
*Finem adventabant; levi cum ſanguine Niſus*
*Labitur* [r] *infelix: cæſis ut forte juvencis* (*bas.*
[ſ] *Fuſus humum, virideſq; ſuper madefecerat her-*
*Hic juvenis jam victor ovans, veſtigia preſſo*
*Haud tenuit* [t] *titubata ſolo; ſed pronus in ipſo*
*Concidit immundoq; fimo,* [u] *ſacroq; cruore.*
*Non tamen Euryali non ille oblitus* [x] *amorum;*
*Nam ſeſe oppoſuit Salio, per lubrica ſurgens:*
[y] *Ille autem ſpiſſa iacuit revolutus arena.*
[z] *Emicat Euryalus, & munere victor amici*
[a] *Prima tenet, plauſuq; volat* [b] *fremituq; ſecundo.*
*Poſt Helymus ſubit, & nunc* [c] *tertia palma Dio-*
*res.*

a) Repagula intrant, lineam aut ſignum, unde curſus initium fit.
b) Ad proſiliendum; hoc enim & animis & auribus ſtabant expectantes. c.) Procurrunt, addunt ſe in ſpatia. d) Carceres, è quibus proſiliebant.
e) Metaphora. f) Hyperbolica comparatio. g) Metam oculis directè intuentur, aviditate vincendi, animo devorant avidi.
h) Gemina hyperbole, à celeritate venti & fulminis.
* Verſus ſpondaicus, vel potius Diæreſis.
i) Metaphora.
k) Πάρελκον Terentianum.
l) Poſt quem ipſum.
m) Ex æquo ad latus currens, ut utriusq; calces inter ſe atterantur. n) Flexo humero, nam in curſu fatigatus capite prope humeris alterius hæret, eiq; anhelitum afflare ſolet. o) Quod ſi plus ſpacij ad metam ſuperfuiſſet, Diores Helymum in curſu jam æquum, præverſus, à tergo reliquiſſet. p) In procurſu à fronte eminens, & ceu ex eo loco longiùs lapſus.
q) Parem & ambigentem cum eo de curſus palma & victoria, utroque ſimul ad metam perveniente. r) Pathos. ſ) Superfuſus. Nonnulli ſtatuunt Tmeſin.
t) Titubantia. Enallage generis, i. e. trepidantia. u) Hoſtiarum, quæ pro more ante agonalia cædebantur. x) Amoris, vel amorem. y) Salius. z) Proſilit. Etenim beneficio Niſi prolapſi, qui pedem Salio obiecerat primus ad metam procurrit.

a) Spatia, τὰ πρῶτα, Græca conſuetudine.
b) Acclamatione læta ſpectatorum. c) Tertius victor. Et certamen erat Corydon cum Thyrſide magnum. Eclog. VII.

Hic

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0034-0

*Actus* currendi *deſcribitur,*

- 1. *ab* antecedentibus, *quæ ſunt ratione termini*
  - 1. *à quo carcerum occupatio, per tranſitionem.*
  - 2. *per quē, ſpatij medij correptio, per*
    - 1. *Hypotypoſin auditi ſigni.*
    - 2. *Expolitionē relictæ ſtationis.*
    - 3. *Comparationē vēti pluvioſi.*
  - 3. *ad quem, metæ notatio, ex aviditate vincendi.*
- 2. à comitantibus, *videl. ordine excurſionis, ubi deſcribitur*
  - 1. Niſus
    - 1. *à proceritate.*
    - 2. *à celeritate per comparationem.*
  - 2. Salius, *à longo intervallo.*
  - 3. Euryalus, *itidem à diſtantia.*
  - 4. Helymus.
  - 5. Diores
    - 1. *à celeritate, per metaphoram.*
    - 2. *ab æqualitate, per hypotypoſin.*
    - 3. *ab ambiguitate victoriæ, ꝑ hypotheſin.*
- 3. *à* conſequentibus *quæ ſunt victoriæ*
  - 1. *Cauſa*
    - 1. *Fortuita,* Niſi *caſus,*
      - 1. *à ſubjecto loco proximo metæ.*
      - 2. *ab adjuncta laſſitudine currentium.*
      - 3. *à cauſa,*
        - 1. *remota, fuſo ſanguine,*
          - 1. *ab adjuncta lubricitate.*
          - 2. *à materia, ex caſis juvencis.*
          - 3. *ab effecto, madefecit humum & herbas.*
        - 2. *proxima*
          - 1. *victoriæ cupiditate & præpopera ovatione.*
          - 2. *veſtigiorum titubatione.*
      - 4. *à forma, pronus cecidit in*
        - 1. *fimum immundum.*
        - 2. *cruorem ſacrum.*
    - 2. *Voluntaria,* Niſi *dolus,*
      - 1. *ab impulſiva, amore Euryali.*
      - 2. *à forma, Salio pedem objiciendo.*
      - 3. *ab effectu, lapſu Salij in arena ſanguine concreta.*
  - 2. *Subjecta, nimirum*
    - 1. Euryalus
      - 1. *à cauſa, favore Niſi.*
      - 2. *ab adjuncto plauſu populi.*
    - 2. Helymus.
    - 3. Diores.

*[a] Hic totum [b] caveæ conſeſſum ingentis, & ora*
*Prima [c] patrum magnis Salius clamoribus implet,*
*Ereptumq́; [d] dolo reddi ſibi poſcit honorem,*
*[e] Tutatur favor Euryalum, lachrymæq́; decoræ,*
[f] Gratior & pulchro [g] veniens in corpore virtus
*[h] Adjuvat, & magna proclamat voce Diores,*
*Qui [i] ſubijt palmæ, [k] fruſtraq́; ad præmia venit*
*Ultima, ſi primi Salio redduntur honores.*
*[l] Tum Pater Æneas: Veſtra, inquit, munera vobis*
*Certa manent, [m] pueri, & [n] palmam movet ordine nemo.*
*[o] Me liceat caſum miſerari [p] inſontis amici.*
*Sic fatus, [q] tergum Getuli immane leonis.*
*Dat Salio, villis oneroſum atq́; unguibus [r] aureis.*
*Hic Niſus: Si tanta, inquit, ſunt præmia victis,*
*Et te lapſorum miſeret; quæ munera Niſo*
*Digna dabis, primam merui qui [ſ] laude coronam,*
*[t] Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tuliſſet?*
*Et ſimul his dictis faciem [u] oſtentabat, & udo*
*Turpia membra fimo. Riſit pater optimus [x] olli,*
*Et clypeum efferri juſſit, [y] Didymaonis artes,*
*Neptuni ſacro [z] Danais de poſte refixum.*
Hoc [*] juvenem egregium præſtanti munere donat.

a) In ludicro certamine, ceu in re maximè ſeria, invicem expoſtulantes juvenes fingit.
b) Theatri, circi. Metonym. pro ſpectatoribus.
c) Æneæ & procerum Trojanorum ſpectantium.
d) Niſi, qui ſe illi oppoſuerat currenti.
e) Acceſſit lachrymarum gratia formæ.
f) A natura ſic comparatum, ut virtutes in corpore venuſto pluris æſtimentur, quàm in monſtroſo & deformi.
g) Proveniens, creſcens;
h) Juvat Diores cauſam Euryali; excludendus ſcil. à tribus primis præmijs, ſi Salio ſtet prim9 loc9.
i) In locum proximum victoriæ ſucceſſit.
k) Neq; enim tum tertius, ſed quartus fuiſſet victor, & nihil niſi bipennem, cum duobus ſpiculis habuiſſet.
l) Æneæ æquitas.
m) Adoleſcentes juvenes.
n) Victoriam, per Metonymiam ſigni.
o) Ab honeſto, officio boni principis erga victos & afflictos, quorum dolor levandus præmio.
p) Nulla ſua culpa infelicis, ſed Niſi dolo ſupplantati Salij.
q) Tergus, pro pelle.
r) Synæreſis.
ſ) Laudabili niſu, vel virtute in curſu, per Metonymiam.
t) Niſi fortuna mihi adverſata fuiſſet.
u) Identidem oſtendebat.
x) Antiſtœchon.
y) Fabri ferrarij inſignis.
z) A Græcis in Troiæ excidio templa profanantibus ſublatum, & ab Heleno poſtea donatum Æneæ.
*) Niſum, qui alioqui in curſu primas tenuiſſet.

*Poſt*

Eventus eſt altercatio de victoria, ubi

- 1. Actor Salius deſcribitur,
  - 1. ab exclamatione, quâ implet
    - 1. in genere conſeſſum multitudinis.
    - 2. in ſpecie aures Æneæ & procerum Trojanorum.
  - 2. ab expoſtulatione, quâ reddi ſibi poſtulat honorem fraude ereptum.
- 2. Patroni Euryali ſunt
  - 1. Trojana juventus, à cauſa impulſiva.
    - 1. interna, favore.
    - 2. externa
      - 1. fletu decoro.
      - 2. forma & virtute.
  - 2. Diores, cujus proteſtatio conſtat
    - 1. Adjuncta exclamatione.
    - 2. Forma, cujus
      - 1. Propoſitio loquitur pro eo, qui tertium victoriæ locum obtinuit.
      - 2. Ratio, ab indigno, per
        - 1. theſin, fruſtra Diores evaſit tertius.
        - 2. hypotheſin, ſi Salio primæ tribuantur.
- 3. Iudex Æneas dirimit litem,
  - 1. Verbis,
    - 1. à præmiorum certitudine per expolitionem.
      - 1. munera manent certa.
      - 2. nemo movet ordine palmam.
    - 2. à levanda victi amici ægritudine.
  - 2. Factis, erga
    - 1. Salium, cui dat tergum leonis.
      - 1. à genere ſeu natione Africana.
      - 2. à magnitudine.
      - 3. à pilorum denſitate,
      - 4. ab ornatu, unguibus aureis.
    - 2. Niſum, cujus donatio deſcribitur,
      - 1. ab impulſiva expoſtulatione, à minori ad maj9: cuj9
        - 1. antecedens, ſi
          - 1. victis ſunt præmia.
          - 2. lapſos miſeraris.
        - 2. conſequens conſtat
          - 1. Propoſitione, quæ mihi dabis.
          - 2. Ratione
            - 1 quia meruiſſem.
            - 2. primus niſi cecidiſſem.
      - 2. ab adjuncto
        - 1. Niſi motu, quo oſtendit fœdatam faciem & membra.
        - 2. Aeneæ riſu.
      - 3. à materia, Clypeo.
        - 1. ab artifice Dydimaone.
        - 2. à dignitate & honorifica commendatione religionis, quòd Neptuno ſacer fuerit.

*Poſt ubi confecti curſûs, & dona [a] peregit:*
*Nunc ſi cui virtus, animusq́; in pectore [b] præſens,*
*Adſit, & evinctis attollat brachia [c] palmis.*
*Sic ait, & [d] geminum [e] pugnæ proponit honorem:*
*Victori velatum [f] auro vittisq́; [g] juvencum:*
*Enſem, atq́; inſignem galeam, ſolatia victo.*
*Nec mora: continuò vaſtis cum viribus [h] effert*
*Ora dares, magnoq́; virûm ſe murmure [i] tollit:*
*Solus qui [k] Paridem ſolitus contendere [l] contra:*
*Idemq́; [m] ad tumulū quo maximus [n] occubat He-*
*Victorem [o] Buten [p] immani corpere (qui ſe (ctor,*
*Bebryciâ veniens Amyci de gente ferebat)*
*Perculit, & fulvâ [q] moribundum extendit arena.*
*Talis prima, Dares [r] caput altum in prælia tollit:*
*Oſtenditq́; humeros latos, alternaq́; jactat*
*Brachia [ſ] protendens; & verberat ictibus auras.*
*Quæritur huic [t] alius: nec quisquā ex agmine tan-*
*Audet [u] adire virū, manibusq́; inducere cæſtûs. (to*
*Ergo alacris, cunctosq́; [x] putans excedere pugnâ,*
*Æneæ ſtetit ante pedes: nec [y] plura moratus,*
*Tum læva taurum cornu tenet, atq́; ita fatur:*
*Nate dea, ſi nemo audet ſe credere pugnæ:*
*Quæ finis ſtandi? quò me decet [z] usq́; teneri?*
*Ducere dona jube. Cuncti ſimul ore [a] fremebant*
*Dardanidæ, reddiq́; viro promiſſa [b] jubebant.*

*Hic*

a) Diſtribuit. Ellipſis eſt verbi, Fatur, b) Si cui prompta eſt animi alacritas. c) Manibus, per Synecdochen. d) Duo præmia, unum victori, alterum Victo.

e) Cæſtuum pugna erat genus pugilatus, ubi pugnis res agebatur, ſed armatis; tanquam chirothecis, è corio bobulo, affixoq́; ferro & plumbo gravibus, quæ foris alligabantur brachijs & cubitis, ne exciderent. f) Aureis vittis, propter laminas auratas. ἐνδιαδυοῖν.

g) Inter dona heroum & præmia agonalia & militaria erant boves cornua aurati, & frontes ornati laminis aureis, ut lib. 9. aurata fronte iuvencum.

h) Synedochicè. Extollit ſe, & prædicat.

i) Effert ſe ſecundo rumore.

k) Utcunq; Paridi propter Helenam raptam mollities imputetur, erat tamen ſtrenuus & fortis, velut in pugna cum Hectore.

l) Anaſtrophe.

m) In Sigæo, ludis funebribꝰ Hectoris. n) Enallage temporis.

o) Filium Amyci, regis Bebryciorum, qui & ipſe pugil ſtrenuus, à Polluce tamen cæſtibus victus & cæſus.

p) Immane corpus habentem.

q) Seminecem, morti proximum, morienti ſimilem.

r) Stolida juvenis ferocia Hypotyposi notatur.

ſ) Ventilans.

t) Antagoniſta.

u) Congredi cum Darete.

x) Omnes pugnam detrectare ratus.

y) Non ampliùs moratus.

z) Tmeſis.

a) Metaphora, pro magno clamore, verbis Daretis applaudebant.

b) Cum fremitu jubebant, ἐνδιαδυοῖν.

Pygmachia ſive certamen cæſtuum conſtat

- 1. Apparatu
  - 1. Generali,
    - 1 ab adjuncto tempore, peracto curſu, diſtributis præmijs.
    - 2. à forma denunciationis quæ deſumitur, à ludi
      - 1. fine, virtute & animoſitate oſtentanda.
      - 2. medijs, per Hypotypoſin cæſtuum.
    - 3 ab adjunctis præmijs,
      - 1. in genere, geminum præmium.
      - 2. in ſpecie,
        - 1. Victori juvencus ornatus auro, vit- (tisq;.
        - 2. Victo enſis & galea, ſolatij loco.
  - 2. Speciali, à ſubjectis perſonis.
    - 1. Darete, cujus juvenilis temeritas elucet ex
      - 1. virium jactatione,
        - 1. ab adjuncta
          - 1. celeritate, & corporis vaſtitate.
          - 2. admiratione & ſtupore populi.
        - 2. ab impulſiva, geſtis prioribꝰ.
          - 1. contentione cum Paride.
          - 2. devictione Butis,
            - 1. à loco ad tumulum Hectoris.
            - 2. ab immanitate corporis.
            - 3 à gente & familia.
            - 4. à forma, ad necem usq; cæſtibus pulſavit.
        - 3. à forma ſeu geſtibus,
          - 1. capitis elatione.
          - 2. humerorum oſtentatione.
          - 3. brachiorum alterna jactatione.
          - 4. aëris percusſione.
      - 2. antagoniſtæ provocatione
      - 3 præmij poſtulatione,
        - ab impulſiva
          - 1. externa pugnæ detrectatione.
            - 1. à terribili objecto.
            - 2. à difficili inſtrumẽto.
          - 2. interna, confidentia vincendi.
        - 2. à geſtu,
          - 1 ſtetit ande pedes Æneæ.
          - 2. tenet taurum cornu.
        - 3 à forma,
          - 1. captatio benevolentiæ à perſona Æneæ.
          - 2 argumenti
            - 1. antecedens : nemo audet pugnare.
            - 2. conſequens per expolitionem, ergo adjudica mihi præmium.
        - 4 ab adjuncto populi Troiani
          - 1. applauſu.
          - 2. juſſu tradendi præmium.
    - 2. Entello, cujus ſenilis animoſitas. tab. ſeq
- 2. Actu. } vid ſeq.
- 3. Eventu. } vid ſeq.

a) Graviter objurgando increpat.

*Hic gravis Entellum [a] dictis caſtigat Aceſtes,*

*Proximus ut viridante toro conſederat herbæ.*

b) Si nunc tui ſis diſſimilis, & tam patiens ſinas hæc abire præmia εἰκονιτὶ καὶ ἀμαχητί.

*Entelle, heroum quondam fortiſſime, [b] fruſtra*

c) Emphaſis in ſingulis herbis.

*[c] Tantane tam patiens nullo certamine tolli*

d) Heros divinas laudes ex pugilatu conſecutus,

e) Fruſtra, niſi te dignũ illo geras.

f) Rex Siciliæ.

*Dona ſines? ubi nunc nobis [d] Deus ille, Magiſter*

*[e] Nequicquam memoratus [f] Eryx? ubi fama per omnem*

g) Ex more & honore athletarum, qui liminibus ſuis ſpolia devictis antagoniſtis detracta ſuſpendebant.

*Trinacriam, & ſpolia illa tuis [g] pendentia tectis?*

*Ille ſub hæc,* Non laudis amor, nec gloria ceſſit

Pulſa metu: ſed enim gelidus tardante ſenectâ

h) Metaphora, à ferro ad ſanguinem, qui in ſenecta frigidior naturalem vigorem amittit, unde vires minuuntur; nam ex ejus calore contrahunt nervi robur.

Sanguis [h] hebet, frigentq́; effœtæ in corpore vires.

i) Dares, per antonomaſiam.

k) Emphaticè audacem, fortem robuſtumq́; ſe fuiſſe indicat.

*Si mihi, quæ quondam fuerat, quaq́; [i] improbus iſte*

*Exſultat fidens, ſi nunc foret [k] illa juventa:*

l) Præmio juvenci. ἔνδις.

*Haud equidem [l] pretio inductus, pulchroq́; juvenco*

*Veniſſem; nec dona moror. Sic deinde loquutus,*

m) Immane pondus habentes.

*In medium geminos [m] immani pondere cæſtûs*

n) Aſſuetus, conſuetus, ſolitus.

*Projecit: quibus acer Eryx in prælia [n] ſuetûs*

o) Innectere cæſtuum loris è tergore boum, ſeu loro bubulo.

*Ferre manum, duroq́; [o] intendere brachia tergo.*

*Ob-*

## TAB. XVI.

**Enelli ſenilis animoſitas conſtat**

- 1. Cauſa
  - 1. Impulſiva, reprehenſione, cujus
    - 1. Efficiens eſt rex Aceſtes, qui deſcribitur
      - 1. ab authoritate.
      - 2. à ſitu, conſeſſu proximo.
    - 2. Forma conſtat
      - 1. Captatione benevolentiæ, à fortitudine
      - 2. Propoſitione reprehenſoria, ob patientiã.
      - 3. Confirmatione, à turpi objectione
        - 1. Magiſtri Erycis.
        - 2. priſtinæ famæ.
        - 3. ſpoliorum domi pendentium.
  - 2. Formali vel
    - 1. dictis, quibꝰ
      - 1. excuſat ſuam patientiam, ꝑ
        - 1. ἄρσιν, non deeſt laudis & gloria amor.
        - 2. θέσιν, ſed per ſeniũ
          - 1 ſanguis hebet.
          - 2. vires frigent.
      - 2. incuſat antagoniſtæ
        - 1. confidentiã juvenilem, impotentiæ ſuæ ſenili oppoſitam.
        - 2. avaritiam, in quæſtûs cupiditate turpi.
      - 3. recuſat dona.
    - 2 Factis, projectione cæſtuum, qui deſcribuntur
      - 1. à numero & pondere.
      - 2. ab antiqui poſſeſſoris dignitate.
      - 3. ab uſu, ſeu fine, per expolitionem.
- 2. Effectu. vid. ſeq.

[a] *Obſtupuêre animi: tantorum ingentia ſeptem*
*Terga boum plumbo inſuto ferroq́; rigebant.*
*Ante omnes ſtupet ipſe Dares, longeq́;* [b] *recuſat:*
*Magnanimusq́;* [c] *Anchiſiades et pondus, & ipſa*
*Huc illuc* [d] *vinclorum immenſa volumina verſat.*
*Tum* [e] *ſenior tales referebat pectore voces?*
*Quid ſi quis cæſtûs* [f] *ipſius & Herculis arma*
*Vidiſſet* [g] *triſtemq́; hoc ipſo in littore pugnam?*
*Hæc* [h] *germanus Eryx quondam tuus arma gerebat:*
*Sanguine cernis adhuc ſparſoq́; infecta cerebro:*
*His magnum* [i] *Alciden contra ſtetit: his ego ſuetus,*
Dū [k] melior vires ſanguis dabat, [l] æmula nec dum
Temporibus geminis [m] canebat ſparſa ſenectus.
*Sed ſi noſtra Dares hæc Trojus arma recuſat,*
*Idq́; pio ſedet Æneæ, probat* [n] *autor Aceſtes:*
*Æquemus* [o] *pugnas:* [p] *Erycis tibi terga remitto,*
*Solve metus, & tu Trojanos exue cæſtûs.*
*Hæc fatus, duplicem ex humeris dejecit* [q] *amictū:*
*Et magnos membrorum artus, magna oſſa* [r] *lacertosq́;*
*Exſuit, atq́; ingens mediâ conſiſtit arenâ.*
*Tum ſatus Anchiſâ cæſtûs pater extulit* [ſ] *æquos,*
*Et paribus* [t] *palmas amborum* [u] *innexuit armis.*

*Con-*

a) Cum ſtupore admirati ſunt.
b) Alij recurſat, reſilit longè. Negat ſe tam validis tamq́; gravibus cæſtibus pugnaturum.
c) Æneas, patronymicè, vel per antonomaſiam.
d) Cæſtuum lora, ſinus, orbes, ſpiras flexus.
e) Entellus, ſenex Athleta.
f) Emphaticè, à minori ad majus.
g) Boum ex Hiſpania actorum ab Hercule unus ex Rhegio Italiæ tranavit in Siciliam; repetebat Hercules: Erycem abnegantem cæſtuum pugna interfecit.
h) Apoſtrophe ad Æneam, cujus frater ὁμομήτριος, ὁμογάστριος, uterinus fuerat Eryx, Butæ filius & Veneris, vel Lycaſtæ nobilis ſcorti, quæ ob formam eximiam Venus fuit dicta.
i) Contra Herculem ſtetit Alcæi nepotem. Anaſtrophe.
k) Periphraſis ætatis virilis & ſenilis.
l) Invida vel invidens, adverſa vel inimica viribus priſtinis ætatis virilis.
m) Caneſcebat.
n) Suaſor hujus certaminis.
o) Arma, cæſtus. Hypallage.
p) Cæſtibus Erycis & jure meo cedam; tu tuos exue, ego meos exuam: induemus æquos
q) Abollam, amictum militarem, quo rejecto ad pugnam futurus expeditior,
r) Hypermeter extendit lacertos.
ſ) Æquales, catachreſticè.
t) Manus & brachia, quibus annectebantur cæſtus loris bubulis.
u) Cæſtus innectendi ratio hæc erat: Coria bubula, quibus plumbum ferrumve inſutum erat, articulis manus in volam flexæ circundata & illigata erant, ut ferientium manus ſuſtineret pondus,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0042-4

# TAB. XVII.

**Effectus eſt Cæſtuum**

- 1. Admiratio
  - 1. in genere, omniū, ex quantitate
    - 1. corij.
    - 2. plumbi & ferri.
  - 2. in ſpecie
    - 1. Daretis, qui pugnam detrectat.
    - 2. Æneæ, qui verſat
      - 1. pondus.
      - 2. ſpiras.
- 2. Commendatio, *cujus*
  - 1. Efficiens Entellus, Æneam alloquitur.
  - 2. Forma ſumitur
    - 1. à comparatis Herculis
      - 1. cæſtibus.
      - 2. pugna.
    - 2. à poſſeſſore Veteri, Eryce.
    - 3. à ſignis aſperſi ſanguinis & cerebri.
    - 4. ab uſu
      - 1. veteri, contra Herculem.
      - 2. recenti ſuo, per adjuncta contraria
        - 1. juventæ.
        - 2. ſenectæ.
- 3. Permutatio, *cujus*
  - 1. Impulſiva eſt
    - 1. Daretis detrectatio.
    - 2. Æneæ & Aceſtis approbatio.
  - 2. Conſilia ſunt Entelli, qui ſuadet
    - 1. æquationem pugnæ.
    - 2. abjectionem cæſtuū
      - 1. Sicanorum.
      - 2. Trojanorū.
  - 3. Adjunctus geſtus,
    - 1. abjectio amictûs.
    - 2. oſtenſio lacertorum.
    - 3. deſcenſio in arenam.
  - 4. Effectus eſt Æneæ, æqualium cæſtuum
    - 1. depromptio.
    - 2. innexio.

a) Hypotypoſis pugnantium. b) Ventilat, præludit. c) Solent pugiles caput ab ictu in lævam deflectere, ne feriantur. d) Lentiùs irritant. e) Dares. f) Agilitate in occurſu & recurſu. g) Entellus. h) Membrorum mole. ἐν διὰ δυοῖν. i) Proceleuſmaticus, niſi malueris vocali in conſonantem mutata i vocem diſſyllabam. k) Ob pulmonis invaletudinẽ ſenibus breviores & ægriores ſunt Spiritus & anhelitus. l) Ictus. m) Anaphora. n) Alios poſt alios ictus ingerunt. o) Metaphora ab animantibus ad ictus fallentes circa capita pugnantium, impactosq; temporibus. p) Ictu. q) Non perterritus reſilit. r) Corporis declinatione ictus eludit. ſ) Vitat, declinat, effugit; Vocabulum, gladiatorum proprium. t) Comparatio hyperbolica. u) Machinis. x) Circumſidet in armis. y) Oppugnatione, unde adhuc Galli dicunt Aſſault. z) Operam ludens Dares. a) Attollit, ictum graviorem minatus. b) Dares. c) Ab ictu. d) Proverbiali figura ſignificat Entellum, aberrare à corpore Daretis. e) Nemine impellente. f) Pervenuſta ſimilium dictionum repetitio. g) Vetuſtate excavata, annoſa, quæ non ſecuribus; ſed carie exeſa, vel ſponte, vel venti procella acta cecidit. h) Species pro genere, ut in Ida. Erymanthus Arcadiæ mons nemoroſus. i) Mons Phrygiæ; eſt & alius in Creta ſic denominatus. k) Favoribus & commiſeratione Entelli. l) Ad cœlum, Hyperbolicè. m) Itaq; ex æqua pugilatus lege, ut caſu collapſus elevetur; alioqui caſui, non virtuti ceſſerit victoria. n) Honorifica antonomaſia. o) Peripatetici irã fortitudinis comitem eſſe docent, & virũ ſibi videri negant, qui iraſci neſciat, auctore Cicerone, Tuſc.4. p) In victo generoſi animi indicium. q) Quam ſibi ineſſe norat. r) Motu celerem. ſ) Quam multo nimbo grando præcipitatur. t) Hyperbolica comparatio. u) Tectis. Synecdoche. x) Crebrò atq; identidem verbera duplicans.

*Conſtitit,* [a] *in digitos extemplò arrectus, uterq;*
[b] *Brachiaq; ad ſuperas interritus extulit auras.*
[c] *Abduxêre retrò longè capita ardua ab ictu:*
*Immiſcentq; manûs manibus, pugnamq;* [d] *laceſſunt.*
[e] *Ille, pedum melior* [f] *motu, fretusq; juventâ:*
[g] *Hic,* [h] *membris & mole valens: ſed tarda trementi*
[i] *Genua labant, vaſtos quatit æger* [k] *anhelitus artûs.*
*Multa viri nequicquam inter ſe* [l] *vulnera jactant,*
[m] *Multa cavo lateri* [n] *ingeminant, & pectore vaſtos*
*Dant ſonitûs:* [o] *erratq; aures & tempora circum*
*Crebra manus, duro crepitant ſub* [p] *vulnere malæ.*
[q] *Stat gravis Entellus, niſuq; in motus eodem,*
[r] *Corpora tela modò atq; oculis vigilantibus* [ſ] *exit.*
[t] *Ille, velut celſam oppugnat qui* [u] *molibus urbem,*
*Aut montana* [x] *ſedet circum caſtella ſub armis:*
Nunc hos, nunc illos aditûs, omnemq; pererrat
Arte locum, *& varijs* [y] *aſſultibus* [z] *irritus urget.*
[a] *Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & altè*
*Extulit:* [b] *ille ictum venientem à vertice velox*
*Prævidit, celeriq; elapſus corpore* [c] *ceſſit.*
Entellus vires [d] in ventum effudit, *&* [e] *ultrò*
*Ipſe gravis* [f] *graviterq; ad terram pondere vaſto*
*Concidit: ut quondã* [g] *cava concidit, aut* [h] *Erymantho,*
*Aut* [i] *Ida in magna radicitus eruta pinus,*
*Conſurgunt* [k] *ſtudijs Teucri & Trinacria pubes:*
It clamor [l] cœlo: *primusq; accurrit Aceſtes,*
*Æquævumq; ab humo miſerans* [m] *attollit amicum.*
*At non tardatus caſu neq; territus* [n] *heros,*
Acrior ad pugnam redit, & vim ſuſcitat [o] ira.
*Tum* [p] *pudor incendit vires, &* [q] *conſcia virtus:*
[r] *Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto,*
*Nunc dextra ingeminans ictûs, nunc ille ſiniſtrâ.*
*Nec mora, nec requies:* [ſ] *quàm* [t] *multâ grandine nimbi*
[u] *Culminibus crepitant, ſic denſis ictibus heros*
[x] *Creber utraq; manu pulſat verſatq; Dareta.*

*Tum*

Actus Pygmachiæ eſt vel

- 1. Inchoat9, pugna
  - 1. intentatione, facta ab utroq;
    - 1. digitis arrectis.
    - 2. brachijs elatis.
  - 2. irritatione, quæ facta
    - 1. retractis capitibus.
    - 2. commiſtis manibus.
  - 3. commisſione, quæ deſcribitur
    - 1. Proſopographia
      - 1. Daretis
        - 1. ab agilitate.
        - 2. à juvenili ætate.
      - 2. Entelli
        - 1 à corporis vaſtitate.
        - 2 à genuum tarditate.
        - 3. ab anhelitus difficultate.
    - 2. Hypotypoſi, ictuum factorũ
      - 1. indefinitè.
      - 2. definitè, circa
        - 1. latus.
        - 2. pectus.
        - 3. aures & tempora.
        - 4. malas.
  - 4. intenſione, ubi apparet
    - 1. Entelli
      - 1 immobilitas.
      - 2. circumſpecta ictuum evitatio.
    - 2. Daretis irritum ſtudiũ à ſimili
      - 1. obſidentis
        - 1. urbem celſam.
        - 2. arcem montanam.
      - 2. conantis
        - 1. ſingula perluſtrare.
        - 2. expugnare.
- 2. Interrupt9 lapſu Entelli cujus
  - 1. cauſa eſt ictus
    - 1. ab Entello intentatus.
    - 2. à Darete
      - 1. prævisus.
      - 2. evitatus.
    - 3. in ventum effuſus.
  - 2. forma per cõparationis
    - 1. Apodoſin: ſic ex gravi pondere concidit ad terram.
    - 2. Protaſin: uti eruta pinus in monte
      - 1. Erymantho.
      - 2. Ida.
  - 3. effectus ſtudium
    - 1. Omnium
      - 1. à ſubjectis Teucris & Siculis.
      - 2 ab adjuncto clamore.
    - 2. Aceſtis
      - 1. accurrentis.
      - 2 attollentis.
- 3. Iteratus ab Entello, cujus
  - 1. Impulſus deſcribitur per
    - 1. ἄρσιν, heros non fuit caſu tardatus, neq; territus.
    - θέσιν, ſed acrior ad pugnam redit ex
      - 1. ira.
      - 2. pudore.
      - 3 conſcia virtute.
  - 2. Succeſſus eſt
    - 1. Daretis per omnem campum agitatio.
    - 2. Ictuum ingeminatio
      - 1. à cauſa inſtrumentali, utraq; manu.
      - 2. ab adjuncto fervore.
      - 3. à compar
        - 1. Protaſi: Vt ni mb9 grandinat.
        - 2. Apodoſi: Sic Entell9 verberat.



E 2

*Tum pater Æneas,*[a] *procedere longiùs iras,*
*Et ſævire animis Entellum haud paſſus acerbis:*
*Sed finem*[b] *impoſuit pugnæ:*[c] *feſſumq; Dareta*
*Eripuit,*[d] *mulcens dictis: ac talia fatur,*
Infelix, quæ tanta animum dementia cepit!
[e] Non vires alias, converſaq; numina ſentis?
[f] Cede Deo: *Dixitq;,*[g] *& prælia voce diremit.*
*Aſt illum*[h] *fidi, æquales, genua ægra trahentem,*
[i] *Jactantemq; utroq; caput,*[k] *craſſumq; cruorem*
*Ore ejectantem, miſtosq; in ſanguine dentes,*
*Ducunt ad naves:*[l] *galeamq; enſemq;*[m] *vocati*
*Accipiunt,*[n] *palmā Entello,*[o] *taurumq; relinquunt.*
*Hic victor,*[p] *ſuperans animis, tauroq; ſuperbus,*
*Nate Dea, vosq; hæc, inquit,*[q] *cognoſcite Teucri:*
*Et mihi quæ fuerint*[r] *juvenili in corpore vires,*
*Et qua ſervetis*[ſ] *revocatum à morte Dareta.*
*Dixit, & adverſi contra ſtetit ora juvenci,*
*Qui*[t] *donum aſtabat pugnæ: durosq; reductâ*
[u] *Libravit dextrâ media inter cornua cæſtûs,*
[x] *Arduus,*[y] *effractoq; illiſit in oſſa cerebro:*
[z] *Sternitur, exanimisq; tremens procumbit humi*[a] *bos.*
*Ille*[b] *ſuper tales effudit pectore voces:*
[c] *Hanc tibi*[d] *Eryx*[e] *meliorē*[f] *animā pro morte Daretis*
*Perſolvo:*[g] hîc victor cæſtûs, artemq;[h] repono.

*Pro-*

a) Alij producere. Cùm enim ludicrum ſit certamen, exercitij tantum cauſa inſtitutum, indecorū foret tragicam admiſcere ſpeciē, & perinde ut in re ſeria, injuriam internecina pugna ulciſci. b) In certamine ludicro licet munerario prælium dirimere, atque alterutrum ſubtrahere. c) Oneratum & emollitum cæſtibus. d) Conſolans. e) Annon advertis ab illo ſtare vires, plusquā mortales, pugnæ, Fortunam & Deos f) Inter ſapientum præcepta proverbij loco celebratum eſt: ἕπȣ θεῷ, ſequere Deum, i. e, obtempera rationi, quæ oraculi vice debet eſſe. Noli θεομαχεῖν. Nihil ēim ſine Deo. Sic ergo mulcet Æneas Daretem, in Deos mutatos, converſaq; numina, iniquum pugnæ exitum conferens. g) Græca poëſi magis, quàm Latina: Pro dixit, diremitq;. h) Amici coætanei. i) Quaſſantem modò huc, modo illuc. k) Spiſſum ſanguinem expuentem & evomentem. l) Polyſyndeton. m) Sponte enim non veniebant, per verecundiam & pudore Daretis victi. n) Commune omnium certantium. Alij palmam pro victoria ſumunt per Metonymiam. o) Alluſum ad morem Rom. immolandi bovem poſt certamina. p) Exultans ſpiritus ferocia, ob victoriam. q) Diſertè cum decoro perſonæ ſenilis ætatis ingenium in Entello depingit, cui res geſtas plus juſto prædicare conceditur.

r) Amplificatio majoris à minori ſ) Æneæ beneficio, jam ſub cultro, ut ajunt, verſantē, cædi ſubractum. t) Appoſitio: præmium victori. u) Quaſi collimans, ne ictus falleret, ſed certus foret. x) Entellus ingens. y) Cæſtum illiſit in frontem, inter duo cornua, quo ictu cerebrum fuit fractum, ut inde taurus humi conciderit. z) Etiam cum bove verſus corruit, non ſine ſummo Poëtæ artificio & judicio, ut ruinam ſignificanter exprimat. *a)* Monſyllaba dictio, etſi in alijs vituperetur; in amantiū nominibus, non modò permiſſum eſt in fine, ſed & ſummæ artis judicatur: ut Inventa ſub ilicibus ſūs. Naſcetur ridiculus mus. Imo & in alijs ſubſtantijs & accidētibus, ut: præruptus aquæ mons: ruit Oceano nox. *b)* Ellipſis, ſuper cæſum taurum. *c)* Tauri vel bovis. *d)* Athleticè magiſtro ſuo fert hunc honorem acceptum, à quo tam egregiè inſtitutus multas pugillari certamine victorias habuerit. *e)* Gratiorem, quam ſi libarem humanum ſanguinem. Alludere videtur ad hoſtias ſuccidaneas. *f)* Animalem hoſtiam. *g)* Ad poſtem Herculis. *h)* Gladiatores, nec non artifices alij, ætate graves, vulneribus invalidi, victorijs ſaturi, aut alia de cauſa, arti valedicturi, tanquam emeriti & rude donati artis inſtrumenta Deo alicui ad templi parietem ſuſpenſa conſecrabant.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0046-7

Eventus Pygmachiæ eſt

- 1. Æneæ dirēptio, quæ fit
  - 1. Entelli *iram & ſævitiam cohibendo, per expolitionem.*
  - 2. *pugnæ finem imponendo.*
  - 3. Daretem
    - 1. *ſubtrahendo.*
    - 2. *Conſolando, ubi*
      - 1. *forma cōſtat*
        - 1. *Propoſitione reprehenſoria ob demētiā.*
        - 2. *Ratione, à numinis repugnantia.*
        - 3. *Clauſula, cede Deo.*
      - 2. *Effectꝰ, eſt pygmachiæ finitio.*
- 2. Daretis *abductio.*
  - 1. *à cauſa, fidis ſocijs.*
  - 2. *ab adjūcta exanimatione p̄ hypotypoſin.*
    - 1 *genua ægrè trahentis.*
    - 2. *caput in utramq; partem jactantis.*
    - 3. *expuentis* 1. *ſanguinem.* 2. *dentes.*
  - 3. *à ſubjecto loco ad quem, ad naves.*
  - 4. *à conſequente præmio.*
    - 1. *accepto, galea & enſe.*
    - 2. *relicto, quod ceſſerat* Entello, *tauro & palma.*
- 3. Entelli *oſtentatio, à cauſa*
  - 1. *Impulſiva, quæ eſt elatio, ex victoria & præmio.*
  - 2. *Formali, ubi*
    - 1. *Captatio benevolētiæ, ab* Ænea, *ceterisq; Trojanis.*
    - 2. *Propoſitio cōjūcta: cognoſcite:*
      - 1. *quæ vires fuerint juventutis.*
      - 2. *quâ morte liberatus* Dares.
    - 3. *Confirmatio, præſtita facto heroico cæſi bovis,*
      - 1. *à ſitu, ſtetit ante bovem.*
      - 2. *à fine bovis, loco præmij poſiti.*
      - 3. *à modo, per hypotypoſin, cæſtus*
        - 1. *dextra librantis.*
        - 2. *inter cornua intentantis.*
        - 3. *cranio illidentis.*
      - 4. *ab effectu, bovis lapſu, per expolitionem.*
    - 4. *Clauſula fit voto per Apoſtrophen ad Erycen, ubi*
      - 1 *pro morte* Daretis *offert animam bovis.*
      - 2. *pygmachiæ exercitium reſignat.*

*Protinus Æneas celeri certare ſagittâ*
*Invitat, qui fortê velint, & præmia ponit:*
[a] *Ingentiq; manu malum de nave* [b] *Sereſti*
*Erigit: & volucrem* [c] *trajecto in fune* [d] *columbã:*
[e] *Quò tendant ferrum, malum ſuſpendit ab alto.*
*Convenêre viri: dejectamq;* [f] *ærea ſortem*
*Accepit galea: & primus clamore ſecundo*
[g] *Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis:*
*Quem modò navali Mneſtheus certamine victor*
*Conſequitur, viridi Mneſtheus evinctus* [h] *olivâ.*
*Tertius Eurytion, tuus, ô clariſſime, frater,*
[i] *Pandare; qui quondam* [k] *juſſus confundere fœdꝰ,*
*In medios telum torſiſti primus Achivos.*
[l] *Extremus, galeâq; imâ* [m] *ſubſedit Aceſtes,*
*Auſus &* [n] *ipſe manu* [o] *juvenum tentare laborem.*
*Tum validis* [p] *flexos* [q] *incurvant viribus arcûs*
*Pro ſe quisque* [r] *viri, & depromunt tela pharetris.*

a) Magna ſuorum multitudine, ut altũ & gravem fuiſſe innuat.

b) Alium eſſe Sergeſtum, alium Sereſtum, evincit lib. 12. verſus 561.

c) Cui trajectus eſt columbæ pes.

d) Columbam præ cæteris elegiſſe videtur, quòd matrem Venerem, ſi ob id ſibi ſuccenſeret, faciliùs à ſe filio placatum iri crederet.

e) In quam. Sæpiſſimè Virgilius ponit adverbia pro nominibus, per Enallagen partis, vel Antimeriam,

f) Sitellæ forenſis loco in certaminibus & militia ad ſortitiones adhibita eſt galea.

g) Hirtaci fuit hic nepos, gente Thrax.

h) Pro olea, nuperæ victoriæ ſigno.

i) Pandarus Lycaonis filius, Eurytionis frater, qui inter copias auxiliares è Lycia Trojam venerat.

k) Cùm placuiſſet Trojanum bellum ſingulari certamine Paridis & Menelai decidi, ſortes in galeam æream mittebantur, uter priùs haſtam emitteret; ſed Pandarus miſſa ſagitta Menelaum vulneravit & ſic fœdus certaminis diſturbavit, hortatu Palladis, quæ os habitumq; Laodoci Antenoridæ erat mentita.

l) In poſtremis collocat Aceſtem regem, ut fortunæ, quæ ſortes regit, arbitrio ita eveniſſe credatur: quare & cæca pingitur, quippe quæ neminem reſpicit, cum alioqui humano judicio regem conveniret privatis omnibus præponi.

m) Neq; enim neceſſe erat ſortem Aceſtis educi, qui ultimus erat.

n) Quamvis eſſet ævi maturus.

o) Certamen ſagittariorum ſolis juvenibus competebat.

p) Incurvos flectunt, flectendo incurvant. Hypallage.

q) Intendunt.

r) Ad virtutem & vim, non ad ſexum reſpicit.

Pri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0048-8

# TAB. XX.

- Certamen Sagittariorum conſtat:
  - 1. Apparatu, qui eſt ratione
    - 1. Æneæ
      - 1. ad ludum invitatio.
      - 2. præmiorum poſitio.
      - 3. metæ erectio, cujus not.
        - 1. materia, malus de nave Sergeſti.
        - 2. adjuncta ſuſpenſa columba.
        - 3. finis, ut eò jacularentur.
    - 2. Sagittariorum
      - 1. Concio ſive confluxus.
      - 2. ſortitio: cujus not.
        - 1. ſubjectum. galea ærea.
        - 2. Effectum, ordo, quo evaſit
          - 1. Primus Hippocoon,
            - 1. ab adjuncto populi plauſu.
            - 2. à familia vel genere.
          - 2. Secundus Mneſtheus, à victoria priori, cujus
            - 1. ſubjectum erat certamen navale.
            - 1. adjunctum ſignum olivæ.
          - 3. Tertius Eurytion, per Aſtrophen, ad ejus fratrem,
            - 1. à nomine, Pandarus.
            - 2. ab adjuncta generis claritate.
            - 3. ab effecto. fœderis violatione, cujus
              - 1. impulſiva, Minerva.
              - 2. forma, teli in Menelaũ conjectio.
          - 4. Quartus Aceſtes, ab adjuncta
            - 1. ſortis poſtremitate.
            - 2. animi alacritate.
      - 3. Inſtrumentorum expeditio,
        - 1. arcuum intenſio.
        - 2. telorum depromptio.
  - 2. Actu.
  - 3. Eventu.
    - (2.–3.) vid. ſeq.

*Primaq́ per [a] cœlum, nervo [b] ſtridente, ſagitta*
*Hyrtacidæ juvenis volucres [c] diverberat auras:*
*Et venit, adverſiq́ infigitur [d] arbore mali.*
*Intremuit malus: timuitq́ exterrita pennis*
*Ales, & ingenti ſonuerunt omnia plauſu.*
*Pòſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu,*
*Alta petens, paritèrq́ oculos telumq́ tetendit.*
*Aſt ipſam [e] miſerandus avem contingere ferro*
*Non valuit: [d] nodos & vincula linea rupit,*
*Quîs innexa pedem malo pendebat ab alto.*
*Illa Notos, atq́ atra volans in nubila fugit.*
*Tum rapidus jam dudum arcu [e] contenta parato*
*Tela tenens, [f] fratrem Eurytion in vota vocavit.*
*Iam vacuo lætam cœlo ſpeculatus, & alis*
*Plaudentem nigra figit ſub nube columbam.*
*Decidit exanimis, vitamq́ reliquit in [g] aſtris*
*Aërijs: fixamq́ refert delapſa ſagittam.*
*Amiſſâ ſolus [h] palmâ [i] ſuperabat Aceſtes:*
*Qui tamen ætherias telum contorſit in auras,*
*Oſtentans [k] artem [l] pariter arcumq́ ſonantem.*
[m] Hic oculis ſubitò obijcitur magnoq; futurum
[n] Augurio [o] monſtrũ: docuit pòſt [p] exitus ingens:
[q] Seraq; terrifici cecinerunt [r] omina vates.
*Namq́ volans liquidis in nubibus arſit [ſ] arundo,*
[t] *Signavitq́ viam [u] flammis, tenuesq́ receſſit*
[x] *Conſumpta in ventos: [y] cœlo ceu ſæpe refixa*
*Tranſcurrunt [z] crinemq́ volantia ſidera ducunt.*
*Attonitis hæſere animis, ſuperosq́ precati*
*Trinacrij, Teucriq́ viri.*

*Nec*

a) Aërem.
b) Perquã ſignificanter & venuſtè.
c) Fruſtra emittitur, cùm nec funem, nec columbam tangeret, quamvis malo infixa fuerit.
d) Malo, Periphraſis poëtica, ut robur aratri, pro aratro, vel crater argenti pro argenteo.
e) Infelix, quòd à propoſita meta aberraret.
d) Vinculorum nodos, quibus alligata navis. ἓν διὰ δυεῖν.
e) Contento arcu parata, vel intento ad ejaculandũ. Hypallage.
f) Pandarum, qui in vivis ſagittandi peritiſſimus apud Lycios colebatur tanquam heros.
g) Alludit ad veterem ſacrificiorũ ritum, quo ſtellis aves immolabantur.
h) Victoria, Metonymia ſigni pro ſignato.
i) Superat.
k) In geſtu manifeſtam.
l) Vi cæſuræ hephtemimeris, ut alibi penthemimeris.
m) Adverbium, pro Tum, vel jam tum.
n) Prodigio.
o) A monſtrãdo, quòd ſcil. aliquid eventurum antè monſtret.
p) Claſſis Incenſa,
q) Gravia, dira, inauſpicata.
r) Omen quaſi Oremen. quod ore fiat, vox in bonam & malam partem uſurpari ſolita.
ſ) Metõymia materiæ, pro Sagitta.
t) Quaſi igneam caudam traxit.
u) Videtur ad naturam acontiæ alludere, quæ à Latinis jaculum dicitur, numeraturq́; inter repentina ſidera, vel potius meteora, tanquam Cometæ genus.
x) Evanuit.
y) Vulgus opinatur ſtellas à cœlo revulſas cadere, quæ ſi non cecidere, queunt cecidiſſe videri.
z) Inſtar cometæ criniti.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0050-9

**Actus ſagittandi deſcribitur ratione**

- 1. Hippocoontis,
  - 1. à ſubjecto termino
    - 1 à quo, nervo ſtridente.
    - 2. per quem, per auras.
    - 3. ad quem, ad malum, cui infigitur.
  - 2 ab effectu, qui eſt
    - 1. tremor mali.
    - 2. terror columbæ.
    - 3. clamor populi.
- 2. Mneſthei,
  - 1. ab alacri conatu per hypotypoſin,
    - 1. arcu intenſo alta petentis.
    - 2. oculos & telum tendentis.
  - 2. à ſiniſtro ſucceſſu, qui eſt
    - 1 à meta aberratio.
    - 2 vinculi ruptio, cujus
      - 1. materia linea.
      - 2. finis innexio.
    - 3. columbæ avolatio,
- 3. Eurytionis,
  - 1. à conatu ſive apparatu, qui eſt
    - 1. arcus & teli paratio.
    - 2. fratris invocatio.
  - 2. ab effectu, columba fixa,
    - 1 ab adjuncto læto & plauſibili volatu.
    - 2. à ſubjecto loco, ſub nigra nube.
  - 3. ab eventu, columbæ
    - 1. decidentis.
    - 2 vitam in aëre relinquentis.
    - 3. ſagittam referentis.
- 4. Aceſtis,
  - 1. à conjecto telo, cujus
    - 1. impulſiva pathetica, quòd palma amiſſa ſolus eſſet ſuperſtes.
    - 2. ſubjectus terminus, in auras.
    - 3. finis, oſtentatio artis & arcus.
  - 2. ab objecto prodigio, quod amplificatur
    - 1. attentionis captatione,
      - 1. à ſubitanea apparitione.
      - 2 à portentoſa ſignificatione.
      - 3. à conſequenti exitus teſtificatione.
      - 4 ab antecedenti vatum interpretatione.
    - 2. narratione, ubi
      - 1. teli exarſio in nubibus.
      - 2. caudæ tractio.
      - 3 conſumptio.
    - 3. comparatione, à natura ſtellarum
      - 1 apparentium cadere.
      - 2. referentium ſpeciem capillorum.
  - 3. ab effecto, omnium
    - 1. conſternatione.
    - 2 precatione.

*[a] Nec maximus omen*

*Abnuit Æneas: ſed[b] lætum amplexus Aceſten*

*Muneribus[c] cumulat magnis, ac talia fatur,*

*Sume, pater (nam te voluit Rex magnus Olympi*

*Talibus[d] auſpicijs[e] exſortem ducere honorem)*

*Ipſius Anchiſæ longævi hoc munus habebis:*

*Cratera[f] impreſſum ſignis, quem[g] Thracius olim*

*Anchiſæ genitori in magno munere Ciſſeus*

*Ferre ſui dederat monimentum & pignus amoris.*

*Sic fatus, cingit[h] viridanti tempora[i] lauro,*

*Et[k] primùm ante omnes victorem* appellat Aceſten.*

Nec bonus Eurytion[l] prælato invidi honori,

*Quamvis ſolus avem cœlo dejecit ab alto.*

*[m] Proximus ingreditur[n] donis, qui vincula rupit:*

*[o] Extremus, volucri qui fixit[p] arundine malum.*

*Vo-*

a) Non averſatur, nec abhorret ab omine, ſed ut lætum accipit & interpretatur, quod ut dirum averſari debebat.

b) Ipſe lætus, aut lætitiam ſimulans, ne ſi triſtitiam præ ſe ferret, publicum gaudium perturbaret.

c) Venuſtè, Cumulat, pro, copioſè & largiter eum donat. Vnde cumulatæ opes, cumulus ſive acervus bonorum, de opibus immenſis.

d) Prodigium ardentis ſagittæ Auſpicia nunc appellat, quaſi ſigna futuri.

e) Præmium ἄκληρον, extraordinarium, quaſi extra ſortis & pacti ordinem, quod erat ampliſſimum & honorificentiſſimum.

f) Cui ſigna & imagines erant inſculptæ.

g) Pater Hecubæ, rex Thraciæ.

h) Participium ſine verbi origine, pro, perpetuò virenti, ſeu viridi.

i) Alludit ad Pythia, in quibus victor corona laurea coronabatur.

k) Pleonasmum hic conſtituunt nonnulli, ſed primum pro primò adverbialiter ſumit Poëta:

* Voce præconis pronunciat.

l) Antiptoſis, pro, non invidit Aceſti prælato honorem, qui ſibi debebatur.

m) Periphraſis Mneſthei.

n) Ad dona gloriabundus incedit.

o) Periphraſis Hippocoontis.

p) Telo, aut ſagitta, per Metonymiam.

*Eventus eſt præmiorum diſtributio, ratione*

- 1. Aceſtis, *quem* Æneas
  - 1. *admiratur, ex omine accepto.*
  - 2. *amplexatur lætantem.*
  - 3. *muneratur magnis donis.*
  - 4. *affatur, ubi*
    - 1. *Exordium captat*
      - 1. *benevolentiam, honorifica patris compellatione.*
      - 2. *attentionem, à* Jovis *voluntate, ex*
        - 1. *bono indicio.*
        - 2. *ex ſorti præmio.*
    - 2. *Propoſitio: habeto craterem,*
      - 1. *à ſubjecto, priſtino poſſeſſore* Anchiſa *longævo.*
      - 2. *ab adjuncta cælatura artificioſa.*
    - 3. *Cõfirmatio, à dignitate muneris, ex donationis*
      - 1. *efficiente,* Ciſſeo *rege* Thraciæ.
      - 2. *fine, in*
        - 1. *ſui monumentum.*
        - 2. *pignus amoris.*
  - 5. *dignatur laureâ coronâ.*
  - 6. *profatur victorem primum.*
- 2. Eurytionis, *qui deſcribitur ab æquanimitate, qua*
  - 1. *non invidet prælato* Aceſti *honorem.*
  - 2. *ſed acquieſcit, licet præferendus eſſet, ob dejectam columbam.*
- 3. Mneſthei, *qui deſcribitur ab inceſſu donis gloriabundo & merito.*
- 4. Hippocoontis, *qui confixit malum ſagitta.*

At Pater [a] Æneas, nondum, certamine [b] miſſo,
[c] Cuſtodem ad ſeſe comitemque impubis Iuli
[d] Epytiden vocat, & fidam ſic fatur ad aurem:
Vade age, & Aſcanio, [e] ſi jam puerile paratum
[f] Agmen habet ſecum, curſusque inſtruxit equorum:
Ducat [g] avo turmas, & ſeſe oſtendat in armis.
[h] Dic, ait: ipſe omnem longo decedere circo
[i] Infuſum populum, & campos jubet eſſe patentes.
Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum
Frenatis [k] lucent in equis: quos omnis euntes
Trinacriæ mirata fremit Trojaq; juventus.
Omnibus in morem [l] tonsâ coma preſſa coronâ:
[m] Cornea bina ferunt præfixa haſtilia ferro,
Pars leves humero pharetras: it [n] pectore ſummo
[o] Flexilis obtorti per collum circulus auri.
[p] Tres equitum numero [q] turmæ, terniq; vagantur
Ductores: pueri biſſeni quemque ſequuti,
Agmine partito fulgent, paribusque [r] magiſtris.
Vna acies juvenum, ducit quam parvus [s] ovantem
(Nomen avi referens) [t] Priamus, tua clara Polite
Progenies, auctura Italos: quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis: [u] veſtigia primi
Alba pedis, frontemq; oſtentans arduus albam.
Alter Atys: [x] genus unde Atyi duxêre Latini:
Parvus Atys, [y] pueròque puer dilectus Julo.
[z] Extremus, formaque ante omnes pulcher Iulus
Sidonio eſt invectus equo: quem candida Dido
Eſſe ſui dederat monimentum & pignus amoris.
[a] Cætera Trinacrijs [b] pubes ſenioris Aceſtæ
Fertur equis.
Excipiunt plauſu [c] pavidos, gaudentque [d] tuentes
Dardanidæ, veterumq; agnoſcunt [e] ora [f] parentũ. Poſt-

a) Voluit Æneas in anniverſarijs Anchiſæ ludis, omnis ætatis publicam exhibere lætitiam. b) Dimiſſo. c) Pædagogũ, pro more educationis liberorũ illuſtriũ & nobilium, quibus ad militiam admiſſis primo anno cuſtos publicè dabatur, ſub quo diſciplinam diſcerent & acuerentur. d) Deducunt hoc nomen nõnulli ab ἐπιτηδεύω, exerceo, inſtituo, quod eſt pædagogi officium erga pueros in pubertate; quâ exacta hi ſui juris fiebant. e) Æneas per Epitiden Aſcanio imperaverat ante, ut inſtrueret coætaneos ad umbratile & ludicrum certamen. f) Multitudo militum, ab agendo, quod agatur perinde, ut labentis aquæ curſus. g) In honorem avi, in ipſius parentalibus. h) Alij, Sic ait. i) Metaphora. k) Armis ſplendescentibus. l) Singulis in eundẽ morem comã premebat galea, quam cinxit criſta inſpeciem coronæ tonſa, Nota hic octo dictiones ferè continuas litera A terminatas quæ æqualitatem & ſimilitudinem habitus declarant. m) E corno, ligno duriſſimo. n) Pectoris & colli confinio. o) Aurei torquis periph. p) Alluſum ad tres centurias a Romulo, inſtitutas & dictas, Rhamnenſiũ à Romulo, Tatienſiũ à Tatio, Lucerum à Lucumone. q) Turma propriè erat 30 equitũ, quibus præerant tres decuriones r) Cum reſpectu ad magiſtros equitum Rom. ſ) Lætam, quaſi triumphantem t) Politæ coram Priamo cæſi filius, qui cùm Poliorciũ condidiſſe feratur, Italos auxiſſe dicitur. u) Veſtigia prioribus pedibus albis, & candida ſtella in fronte ſpectabilis. x) Adulatur Poëta Auguſto & familiæ maternæ, è qua erat Atia Auguſti mater. y) Polyptoton. z) Ordine extremꝰ forma primus Notatu dignum, quòd Virgilius ferè ubiq; in certaminibꝰ, ubi de virtute certatur, in poſtremis collocet principes, tanquã memorabile aliquid de ijs ſcripturus. a) Cæteri pueri vehebantur equis Siculis, ex equili Aceſtæ. b) Juventus per Metonymiã. c) Trepidè hinc inde obequitãtes, tanquã gloriæ cupiditate ſolliciti. d) Intuentes. e) Vultꝰ per Synecd. f) Avorũ, quos ore referunt.

**Ludus puerorum equeſtris conſtat**

- 1. Apparatu, *cujus not.*
  - 1. Cauſa
    - 1. Principalis Æneæ juſſio,
      - 1. ab adjuncto tempore, ſagittarijs nondum dimiſſis.
      - 2. à ſubjecta perſona quæ deſcribitur
        - 1. ab officio, Pædagogus Iuli.
        - 2. à nomine, Epitides.
        - 3. à fide ſilentij.
      - 3. à forma cujus
        - 1. Propoſitio hypothetica, jube adeſſe Aſcanium, ſi eſt
          - 1. puerorum agmen paratum.
          - 2. equorũ curſus inſtructus.
        - 2. Confirmatio, à fine, in
          - 1. honorem avi.
          - 2. oſtentationem ſui.
    - 2. Inſtrumentalis Epitidis executio, qui jubet
      - 1. populum cedere.
      - 2. campum patere.
  - 2. Subjecta agmina, quæ deſcribuntur
    - 1. indefinitè,
      - 1. ab inceſſu, per hypotypoſin
        - 1. ante conſpectum parentum.
        - 2. in equis ornatis lucent.
      - 2. ab applauſu Siculorum & Trojanorum.
      - 3. ab habitu, quo incedebant
        - 1. galeati, quaſi corona preſſa coronati.
        - 2 haſtati, à materia, orno & ferro.
        - 3 pharetrati.
        - 4 torquati, à ſubjecto & materia.
      - 4. à numero
        - 1. ternario turmarũ & ductorum.
        - 2. duodenario puerorum, quorum
          - 1. agmina partita.
          - 2. magiſtri pares.
    - 2. definitè, ut ſunt
      - 1. Duces
        - 1. Priamus,
          - 1. à cauſis,
            - 1. Avo Priamo.
            - 2. Parente Polite, per Apoſtrophen.
          - 2. ab effectu, auctione Italorum.
          - 3. ab adjũcto equo, cujꝰ
            - 1. ſubjectus locus Thracia.
            - 2. adjũctus color
              - 1. piceus.
              - 2. albus in
                - 1. pedibus prioribus.
                - 2 fronte.
        - 2. Atys
          - 1. à generoſitate.
          - 2. à parvitate.
          - 3. à familiaritate Juli.
        - 3. Julus
          - 1. à formæ pulchritudine.
          - 2. ab equi præſtantia
            - 1. ex loco, Sidone.
            - 2. à donatrice Didone.
            - 3. à fine, ſigno amoris.
      - 2. Pueri reliqui, qui deſcribuntur
        - 1. ab equis, eorumq; poſſeſſore.
        - 2. ab adjuncto plauſu, cujus
          - 1. efficiens, Trojani
          - 2. impulſiva, repræſentatio parentum.
- 2. Actu, *vid. ſeq.*
- 3. Eventu, *vid. ſeqq.*

*Poſtquam omnem læti conſeſſum, oculosque ſuorum*
*Luſtravêre in equis: [a] ſignum clamore paratis*
*Epytides [b] longè dedit, inſonuitque [c] flagello.*
[d] *Olli [e] diſcurrêre pares, atque agmina terni*
[f] *Diductis ſolvêre choris: rurſusque [g] vocati*
*Convertêre vias, infeſtaque tela tulere.*
*Inde alios ineunt curſûs, aliosque recurſus,*
*Adverſis ſpatijs, alternosque orbibus [h] orbes*
*Impediunt: pugnæq; cient [i] ſimulacra ſub armis.*
*Et nunc terga [k] fugæ nudant, nunc ſpicula vertunt*
*Infenſi: factâ pariter nunc pace feruntur.*
*Vt quondam Cretâ fertur [l] Labyrinthus in alta*
*Parietibus [m] textum cæcis iter, ancipitemque*
[n] *Mille vijs habuiſſe dolum, quà ſigna ſequendi*
*Falleret [o] inde prenſus, & irremeabilis error:*
[p] *Haud aliter Teucrûm nati veſtigia curſu*
[q] *Impediunt, texuntque fugas & prælia ludo:*
[r] *Delphinum ſimiles, qui per maria humida nando*
[ſ] *Carpathiũ, [t] Lybicumque ſecant, luduntq; per undas.*
[u] *Hunc morem, hos curſus, atque hæc certamina prim9.*
*Aſcanius, longam muris quum cingeret Albam,*
[x] *Rettulit, & priſcos docuit celebrare latinos:*
[y] *Quo puer ipſe modo, [z] ſecum quo Troja pubes,*
*Albani docuêre ſuos: hinc maxima * porrò*
*Accepit Roma, & patrium ſervavit honorem.*
*Trojáque nunc, pueri, Trojanũ dicitur agmen.* **Hac**

a) Romæ magiſtratus ludis præſidens ex ſuperiori loco ſignum auſpicandorum dabat ludorum. b) Eminus, ex intervallo à turmis ſemotus. c) Cùm in re militari, vel tuba, vel buccina fiat ſignum; hic in re ludicra, umbratiliq; prælio, clamore & flagelli ſonitu à Pædagogo & cuſtode paratis ad certandum pueris datum fuiſſe canit Poëta. d) Antiſtœchon. e) Primùm diſcurrebant bini; deinde in tres diviſi turmas referebant tres centurias; mox ab Epytide flagelli ſonitu moniti, converſi referunt ſimulacra prælij, vibratis hinc inde telis ſe invicẽ laceſſentes: varijs orbibus, curſib9, recurſibus, repræſentant choreas, atq; imaginariæ pugnæ receptum, fugam, pacem. f) Separatim in aciem collocatis. g) Ictu virgæ, in morem flagelli ſonantis. h) Polyptoton. i) Imaginem, prælio umbratili ſeu ludicro. k) Ad fugam. l) Erat in Creta Labyrinthus à Dædalo inſtructus, ſtupendum op9, itinerum anfractibus & ambagibus occurſus, recurſusque inexplicabiles continens, crebris foribus ad fallendos exitus, & ad redeundum ſemper in eosdem errores: Ad cujus exemplar etiamnum videntur horti in Germania, in quos ſi ſolus admittare, viarum tam varijs innexis ambagibus, ut quà exeas, invenire non poſſis. m) Cæcum textis parietibus. n) Synecdoche numeri certi pro incerto. o) Non obſervabilis. p) Theſeus devicto Minotauro redux, inſtituit ſaltationem ad ſpeciem Labyrinthi erroribus flexuoſi; neque enim Labyrinthus fabula eſt, ſed etiamnum in Creta viſitur: itaq; non ſine ſumma eruditione ludum Trojanum divinus deſcribit Poëta, appoſita Labyrinthi comparatione. q) Implicant, intexunt.

r) Ex animalium Hiſtoria Delphinum in mari colludentium ſimilitudo hæc eſt declaranda, quam chartæ hujus anguſtia non admittit. ſ) Mare inter Ægyptum & Rhodum, ab inſula Carpatho illic poſita, nunc Scarpanto. t) Africanum. u) Polyptoton, hunc, hos, hæc. x) Epentheſis. y) Tmeſis. z) Quomodo exhibuit Aſcanius, ita Albani poſtea docuere ſuos. * Poſt longum intervallum ex Alba, vel ab Albanis acceperunt Romani.

# TAB. XXIV.

Actus Ludi Puerorum equeſtris conſtat

- 1. antecedenti
  - 1. Puerorum expectatione & circumſpectu.
  - 2. Epytidis ſignificatiõe, quæ facta
    - 1. clamore.
    - 2. flagello.
- 2. inſequenti curſus commiſſione, per
  - 1. Hypotypoſin curſus
    - 1. inchoati, ubi
      - 1. conjunctus excurſus.
      - 2. ſeparatus procurſus.
      - 3. haſtatus recurſus.
    - 2. iterati,
      - 1. à ſpatiorum oppoſitione.
      - 2. ab orbium implicatione.
      - 3. à Prælij ſimilitudine, vel
        - 1. fuga.
        - 2. pugna.
        - 3. pacificatione.
  - 2. Comparationem, cum
    - 1. Labyrintho, ubi
      - 1. Protaſis.
        - 1. à ſubjecto loco, in Creta.
        - 2. à forma
          - 1. parietum obſcuritate.
          - 2. viarum varietate.
        - 3. à fine fallendi, irremeabili errore.
      - 2. Apodoſis, ſic pueri Trojani
        - 1. implicant veſtigia.
        - 2. intexunt fugam & pugnam.
    - 2. Delphinorum celeritate,
      - 1. à ſubjecto mari
        - 1. Carpathio.
        - 2. Libyco.
      - 2. ab effecto, natando ludunt per undas.
- 3. Conſequenti ludi propagatione, cujus cauſa
  - 1. Proceans, Aſcanius, à ſubjecto
    - 1. loco, Albæ
      - 1. per interpretationem
        - 1. mos.
        - 2. curſus.
        - 3. certamen.
      - 2 per Chronologiã, tempore conditæ Albæ.
    - 2. populo, docuit
      - 1. eo modo Latinos.
      - 2. quo
        - 1. ipſe puer Trojanos pueros.
        - 2. Albani ſuos.
  - 2. Conſervans, Roma, quæ
    - 1. ſervavit morem patrium.
    - 2. denominavit
      - 1. ludum, Trojam.
      - 2. ludentes, agmen Trojanum.

[a] *Hac celebrata* [b] *tenus ſancto certamina patri.*
Hîc primum [c] fortuna fidem mutata novavit.
*Dum varijs tumulo referunt ſolennia ludis,*
[d] *Irim de cœlo miſit Saturnia Juno*
*Iliacam ad claſſem: ventosq́;* [e] *aſpirat eunti. (rem.*
*Multa movens, nec dum antiquũ* [f] *ſaturata dolo-*
*Illa* [g] *viam celerans per* [h] *mille coloribus arcum*
*Nulli* [i] *viſa, cito decurrit tramite virgo.*
*Conſpicit ingentẽ* [k] *concurſum: & littora luſtrans,*
[l] *Desertosq́; videt portûs, claſſemque relictam.*
*At procul in* [m] *ſolâ ſecretæ Troades* [n] *actâ*
*Amiſſum Anchiſen flebant: cunctæq́; profundum*
[o] *Pontũ, aſpectabant flentes;* [p] *Heu, tot vada feſſis*
*Et tantum ſupereſſe maris!* [q] *vox omnibus una.*
*Urbem orant, tædet pelagi perferre laborem.*
[r] *Ergo inter medias ſeſe* [ſ] *haud ignara nocendi*
*Conijcit, & faciemq́; deæ veſtemq́;* [t] *reponit.*
*Fit* [u] *Beroe,* [x] *Iſmarij conjux longæva Dorycli,*
*Cui genus, & quondam nomen natiq́; fuiſſent:*
*Ac ſic Dardanidûm mediam ſe matribus infert:*

*O mi-*

a) Ut plerumq́; (quod in proverbio eſt) extremum gaudij luctus occupat; ita hic quoque occaſio ad turbandas res lætiores ſternitur. b) Tmeſis, pro Hactenus.
c) Alia fortuna evenit, rebus lætis luctus ſucceſſit.
d) Nunciam Junonis & Jovis, lib. 4. & 9. ſic dictam, quod pluviam præſagiat, quæ in aëre gignitur, cui præſidet Juno: vel ἔριν, plerumq́; ad diſcordiam miſſam, ut Mercurius ad concordiam curandam.
e) Quia Juno aëri præſidet, Iridi ventos aſpirat, ut celeriùs ſe moveat.
f) Nondum ſaturata pœnis, quas dolor ejus jam ſumpſerat; dolorem dicit, pro Dolore, per Antiptoſin.
g) Arcus eſt via & vehiculum, per quod Numen Iris deſcendit, & celeriter per viam abit.
h) Antiptoſis, pro mille colorũ, multicolorem; per Auxeſin.
i) Sive quòd Dea introducatur, quâ ſpecie mortalibus conſpicua nõ ſit; ſive quòd per celeritatem à nemine viſa fuerit.
k) Trojanorum ac Siculorum circa tumulum Anchiſæ, qui haud procul à litore aberat.
l) A nautis, & reliquis Trojanis, qui ſimul omnes relicta claſſe, ad ludos ſolemnes & anniverſarios Anchiſæ confluxerant. m) Hypallage, pro Solæ in littore deſerto, vel deſerta à viris ludos celebrantibus. n) Acta ſubſtant. ἀκτὴ, littus.
o) Mare. Synecdoche ſpecici pro genere. p) Sermocinatio. Heu nobis diutina navigatione fractis, ſuperſunt tot vada, tantum maris obeundum. q) Omnes idem pariter conquerebantur, tandiu ſe terra marique jactatas, quietem habere non poſſe. r) Oblata ſcilicet occaſione adhortandi ad naves incendendas. ſ) Fraudum ſcientiſſima.
t) Seponit, ut aliam induat. u) Faciem & habitum Beroës accipit.
x) Thracij, cujus fratet Phyneus rex Thraciæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0058-3
DFG

- **Eventus eſt claſſis incendium, quod conſtat**
  - I. Cauſa, quæ eſt Iridis
    - 1. Legatio, cujus not.
      - 1. Cauſa,
        - 1. per accidens, Fortuna, per Tranſit. ubi
          - 1. Repetitio rei narratæ.
          - 2. Promiſſio rei narrandæ per Noëma, ab oppoſitis,
            - 1. fortunæ infidelitate.
            - 2. ludorum ſolennitate.
        - 2. per ſe, Juno mittens,
          - 1. à ſubjecto termino
            - 1. à quo, cælo.
            - 2. ad quē, claſſem Trojanam.
          - 2. ab adminiſtra, ventis aſpirantibus.
          - 3. ab impulſiva, ſimultate adverſus Trojanos.
      - 2. Adjuncta
        - 1. Iridis miſſæ
          - 1. inviſibilitas, per arcū multicolorem.
          - 2. celeritas in deſcendendo.
        - 2. Rei gerendæ occaſio,
          - 1. à locorū vacuitate, cujꝰ
            - 1. cauſa, concurſus ad tumulum Anchiſæ.
            - 2. diſtributio ꝑ expolitionem
              - 1. littoris vacui.
              - 2. portus deſerti.
              - 3. claſſis relictæ.
          - 2. à Troadū calamitate, per pathopœiam,
            - 1. à loco ſolitario.
            - 2. à luctu ſuper Anchiſen.
            - 3. à fletu, & aſpectu maris.
            - 4. à queſtu de ſuperſtite mari.
            - 5. ab urbis deſiderio.
            - 6. à navigationis tædio.
      - 3. Effectus, appropinquatio ad Troadas,
        - 1. à fine nocendi.
        - 2. à forma, qua fit
          - 1. diſſimulatione habitꝰ & vultꝰ divini.
          - 2. ſimulatione Beroës,
            - 1. à relatione ſeu conjugio.
            - 2. à genere.
            - 3. ab authoritate & prole.
        - 3. à ſitu, ſtat in medio Trojanarum mulierum.
    - 2. Expeditio. vid. ſeq.
  - II. Actu. vide ſeqq.
  - III. Eventu. vide ſeqq.

O [a] miſeræ, [b] quas non manus (inquit) [c] Achaica bello
Traxerit ad lethum, [d] patriæ ſub mœnibus! ô gens
Infelix, cui te exitio fortuna reſervat?
[e] Septima poſt Trojæ exſcidium jam vertitur [f] æſtas,
Quum freta, quum terras omnes, tot inhoſpita ſaxa,
[g] Sideraq; emenſæ ferimur: dum per [h] mare magnum
Italiam ſequimur [i] fugientem, & [k] volvimur undis.
Hic Erycis fines fraterni, atq; hoſpes Aceſtes:
Quis prohibet [l] muros jacere, & dare civibus urbem?
O Patria, & rapti [m] necquicquam ex hoſte Penates,
Nulláne jam Trojæ dicentut mœnia? nuſquam
[n] Hectoreos amnes, [o] Xanthum & Simoënta videbo?
Quin agite, & mecum [p] infauſtas exurite [q] puppes.
Nam mihi Caſſandræ per ſomnum vatis imago
Ardentes dare [r] viſa faces, Hic quærite Trojam:
[ſ] Hic domus eſt, inquit, vobis: jam tempus [t] agi res:
Nec tantis [u] mora [x] prodigijs: en quattuor [y] aræ
Neptuno: [z] Deus ipſe faces, animumq; miniſtrat.
Hæc memorans, prima [a] infenſum vi corripit ignem:
Sublataq; procul dextrâ connixa [b] coruſcat,
Et jacit. [c] Arrectæ mentes, ſtupefactaq; corda
Iliadum. Hîc una è multis, quæ maxima natu,
Pyrgo, [d] tot Priami natorum regia nutrix,
Non Beroë vobis, non hæc [e] Rhæteia, matres,
Eſt Dorycli conjux: divini ſigna decoris,
Ardenteſq; notate oculos: [f] qui ſpiritus illi,
Qui [g] vultus, vociſq; ſonus, vel [h] greſſus eunti.
Ipſa egomet udum [i] Beroën digreſſa reliqui
Ægram, [k] indignantem, tali quod ſola careret
Munere, nec meritos Anchiſæ inferret honores.
Hæc effata.

At i

a) Si terque quaterque beati ſunt illi Trojani, queis ante ora patrũ Troiæ ſub mœnibus altis contigit oppetere; miſeræ ſunt Troades, quibus id non contigit.
b) Affectus circumſtantijs cõcitat.
c) Græca, per Synecdochen partis pro toto; i. e. Græcorum copiæ ad Trojam oppugnandam miſſæ.
d) Trojæ. Pathos à loco.
e) Sic in fine lib. 1. Nam te jam ſeptima portat omnibus errantem terris & fluctibus æſtas.
f) Annus. Pars pro toto.
g) Maria & terras vario ſiderum aſpectu diſtinctas. h) Non Oceanum, ſed mediterraneum inter Africam & Europam mediũ.
i) Viſam retrocedere. k) Aut retrorſum, aut prorſum; aut dextrorſum, aut lævorſum vi tempeſtatis, pellimur. l) Fundamenta murorum.
m) Siquidem nec nobis ope veſtra, nec vobis ipſis reperta ſedes. p) Trojanos, per Antonomaſiam. o) Coloni urbem novam, ad patriæ urbis imaginem, ſimulare ſolebant; fabricam itidem, mœnia, portas, amnes, ut Helenus l 3. ſimulabat Trojam parvam, pergama, Xanthum.
p) In quibus toties periclitatæ fuiſſent. q) Naves, per Synec.
r) Nõ affirmat ſibi datas, ſed dari viſas. ſ) Repetitio voculæ addit orationi vehementiã. t) Venuſta phraſis, ut in Ovidio: cedit amor rebus; res age, tutus eris.
u) Ellipſis. Sit. x) Viſis & monitis Caſſandræ. y) Vel à Cloantho poſitæ, vel Anchiſæ ſacris deſtinatæ. z) Neptunus. a) Inimicam materiæ picatarum navium; vel infenſa corripit, per Hypallagen. b) Ducem ſeſe præbet, ut agnita divinitate Troades incitarentur, quaſi divinitus admonitæ. c) Metaphora, pro Incitatæ. d) Quinquaginta. e) Trojana, à Rhœteo promontorio. f) Odor, ut l. 1. de Venere; vel ferocia & animoſitas. g) Haud tibi vultus mortalis, nec vox hominem ſonat, O Dea certè. l. 1. h) Et vera inceſſu patuit Dea. ibid i) Neq; enim Beroë poteſt eſſe ſimul in duobus locis. k) Indignè ferentem, quod per valetudinem adverſam non poſſet intereſſe Sacris Anchiſæ.

Iridis Expeditio conſtat

- 1. Dictis, quorum
  - 1. Exordium captat benevolentiam pathetica exclamatione,
    - 1. de miſeria præterita, quòd nō dudum periiſſent,
      - 1. ab efficiente, manu Græcorum.
      - 2. à ſubjecto loco, ſub mœnibus patriæ.
    - 2. de infelicitate futura, quòd reſervarentur duriori exitio.
  - 2. Narratio exponit
    - 1. temporis diuturnitatem, ſeptennium.
    - 2. locorum varietatem, quòd eſſent emenſæ.
      - 1. freta. 2. terras.
      - 3. ſaxa. 4. ſidera.
    - 3. navigationis difficultatem
      - 1. à ſubjecto termino
        - 1. per quem, mare mediterraneū:
        - 2. ad quem, Italiam fugientem.
      - 2. à cauſa, tempeſtatibus marinis.
  - 3. Propoſitio eſt implicita & conjuncta, per confirmationem ſparſa: condamus urbem, exuramq; claſſem.
  - 4. Confirmatio
    - 1. prior
      - 1. à facili, cujus
        - 1. antecedens
          - 1. Prædeceſſoris Erycis conſanguinitate.
          - 2. Succeſſoris Aceſtæ hoſpitalitate.
        - 2. conſequens, ergo nobis eſt occaſio
          - 1. jaciendi muros.
          - 2. condendi urbem.
      - 2 ab honeſto, per pathet. exclam.
        - 1. à cultu Penatum.
        - 2. ab amore Patriæ,
          - 1. urbis Trojæ.
          - 2. fluviorum.
    - 2. poſterior, conſtat
      - 1. protaſi: exurite mecum claſſem.
      - 2. ætiologia, ab honeſto, portento Caſſandræ porrigentis faces.
  - 5. Clauſula conſtat
    - 1. repetitione exhortatoria
      - 1. ad condendam urbem.
      - 2. ad exurendam claſſem
        - 1. ab opportunitate.
        - 2. à celeritate.
    - 2. amplificatione ab honeſto, Neptuno
      - 1. ſuppeditante faces.
      - 2. corroborante animos.
- 2. Factis,
  - 1 à forma per hypotypoſin 1. corripientis facem, 2. tollentis dextram. 3. minantis jactū.
  - 2. ab effectu
    - 1. Troadum omnium obſtupefactione, per Expolitionem.
    - 2. Unius Oratione,
      - 1. ab efficiente, quæ deſcribitur
        - 1 ab ætate & nomine.
        - 2. ab officio.
      - 2. à forma, cujus
        - 1. Propoſitio: non hæc eſt Beroë Dorycli conjux.
        - 2. Confirmatio
          - 1. ab adjūctis ſignis divinis,
            - 1. oculorū ardore.
            - 2. animi fervore.
            - 3. vultus decore.
            - 4. vocis terrore.
            - 5. greſſus tenore.
          - 2. à contrariis, Beroes.
            - 1. ægrotatione.
            - 2 indignatione ob abſentiā ab exequiis Anchiſæ.

*At matres [a] primò [b] ancipites, oculisq́; malignis*
*Ambiguæ, [c] ſpectare rates, [d] miſerum inter [e] amorē*
*Præſentis [f] terræ, fatisq́; vocantia [g] regna:*
*Quum [h] Dea ſe paribus per cœlum ſuſtulit alis,*
*Ingentemq́; fugâ ſecuit ſub nubibus [i] arcum.*
*Tum verò attonitæ [k] monſtris, actæq́; [l] furore,*
[m] *Conclamant, rapiuntq́; focis [n] penetralib9 ignē:*
*Pars ſpoliant aras, frondem ac virgulta, facesq́;*
[o] *Conijciunt: [p] furit [q] immiſſis [r] Vulcanus [ſ] habenis*
*Trāſtra [t] per & remos, & [u] pictas [x] abiete puppes.*
*Nuntius Anchiſæ ad tumulum, [y] cuneosq́; theatri,*
*Incenſas perfert naves Eumelus: & ipſi*
*Reſpiciunt atram in [z] nimbo volitare favillam.*
*Primus & Aſcanius, curſus ut lætus equeſtres*
*Ducebat, ſic acer equo turbata petivit*
[a] *Caſtra, nec [b] exanimes poſſunt retinere [c] magiſtri.*
*Quis furor iſte novus? quò nunc, quò tenditis (inquit)*
*Heu miſeræ cives? non hoſtem, inimicaq́; caſtra*
[d] *Argivûm,* veſtras [e] ſpes uritis. *En ego veſter*
*Aſcanius! [f] galeam ante pedes projecit inanem,*
*Quâ ludo indutus [g] belli ſimulacra ciebat.*
*Accelerat ſimul Æneas, ſimul agmina Teucrûm.*
*Aſt illæ diverſa metu per littora paſſim*
*Diffugiunt, ſylvasq́; & ſicubi [h] concava furtim*
*Saxa petunt: [i] piget incepti, lucisq́: ſuosq́;*
[k] *Mutatæ agnoſcunt, [l] excuſſaq́; pectore Iuno eſt.*
*Sed non idcirco flammæ, atq́; incendia vires*
*Indomitas poſuêre: [m] udo ſub robore vivit*
*Stuppa, vomens [n] tardum fumum: lentusq́; carinas*
[o] *Eſt [p] vapor, &* toto deſcendit [q] corpore [r] peſtis.

a) Ante cognitum numen.
b) Dubiæ, ſed ferè perſuaſæ.
c) Spectabant. Enallage.
d) Magnum, anxium. e) Amor præſentis terræ ſuadebat ipſis hoc facinus: contrà, fatalis terræ expectatio diſſuadebat. f) Siciliæ.
g) Italiæ. h) Iris. i) Cœleſtem.
k) Prodigijs viſæ Deæ. l) Enthuſiasmo. m) Tanquam ad arma cum hoſte conferenda, aut caſtra movenda. n) Sacris, ab aris, quæ plerumque in partibus penitioribus. o) In naves.
p) Licenter graſſatur ignis.
q) Remiſſis, laxatis. r) Metonymia, pro ignis. ſ) Metaphora ab equorum retinaculis.
t) Anaſtrophe. u) In quibus Dij Tutelares picti, aut naves abiegnas rubrica pictas.
x) Proceleusmaticus. y) Ordines ſedilium in theatro ad formam cunei per gradus aſcendentium ab imo acuto in latum. z) Fumo nigro, in quo flamma ac favillæ eluceſcunt. a) Claſſem.
b) Solliciti ſuper Aſcanij ſalute.
c) Cuſtodes, Pædagogi.
d) Syncope, pro Argivorum, Græcorum. e) Naves, quibus ſpes vobis eſt poſita perveniēdi in Italiam, ad ſedes quietas. f) Vt agnoſci ab illis poſſet. g) Sciamachiam, prælium umbratile.
h) Ellipſis: ſunt, patent, occurrunt.
i) Pudet facinoris, pudet videri, tædet vitæ. k) Ad mentem ſaniorē reverſæ. l) Excuſſ9 pectore furor à Junone immiſſ9. m) Madido, ſub robore quippe aquis vicino, incenſa eſt ſtupa, qua tabularum rimæ ſtipantur. n) Non citò emicantem propter materiam udam, ex qua fumus exit denſior.
o) Edit, conſumit. p) Calor.
q) Navium.
r) Incendium. Catachreſis.

*Nec*

# TAB. XXVII.

**Actus incendii conſtat**

- 1. Efficiente propinqua, quæ ſunt Troades conſilij
  - 1. incertæ, ex
    - 1. aſpectu claſſis.
    - 2. reſpectu
      - 1. hoſpitalis Siciliæ.
      - 2. promiſſæ Italiæ.
    - 3. conſpectu Iridu prodigioſæ aſcendentis
      - 1. paribus alis.
      - 2. ſecto arcu.
  - 2. certæ, per Enthuſiaſmum
    - 1. ab impulſiva, prodigio.
    - 2. ab adjuncto clamore.
- 2. Forma, per hypotypoſ. ignem
  - 1. corripientium
    - 1. à ſubjecto loco ſacro aris incenſis.
    - 2. à materia, frondibus, virgultis, facibꝰ.
  - 2. conjicientium,
    - 1. ab adjuncta violentia.
    - 2. à ſubjectis, per
      - 1. tranſtra.
      - 2. remos.
      - 3. puppes.
- 3. Effectis, quæ ſunt
  - 1. Trojanorum accurſio,
    - 1. ab impulſiva, incendij
      - 1. nuntio alieno, cujus
        - 1. efficiens Eumelus.
        - 2. ſubjectũ ad
          - 1. Anchiſæ tumulũ.
          - 2. ſpectaculum.
      - 2. conſpectu proprio.
    - 2. à diſtributione
      - 1. juniorũ, duce Aſcanio, cujus notat.
        - 1. affectus ſeu fervor,
          - 1. â comparatis, per
            - 1. Protaſin: uti ſtrenuus ducebat curſus.
            - 2. Apodoſin: ſic acer petebat (caſtra.
          - 2. à contrariis, inani magiſtrorũ retentione.
        - 2. effecta vel
          - 1. dicta, ubi
            - 1. Exord. à pathetica expoſtulatio- (ne.
            - 2. Propoſitio reprehenſoria.
            - 3. Confirm. ab inutili per
              - 1. ἄρσιν, non exuritis caſtra hoſtium.
              - 2. θέσιν, ſed perditũ ſpes
                - 1. veſtras.
                - 2. meas.
          - 2. facta, projectio galeæ,
            - 1. à ſubjecto, ante pedes.
            - 2. ab uſu priori.
      - 2. ſeniorũ, duce Æneа.
  - 2. Troadum evaſio,
    - 1. à ſubjecto termino
      - 1. à quo, à littore.
      - 2. ad quem, ad ſylvas & ſaxa.
    - 2. ab impulſiva
      - 1. facti pœnitentia.
      - 2. ſuorum reminiſcentia.
      - 3. Junonis agnita virulentia.
  - 3. Incendij graſſatio, per
    - 1. Interpretationem, flãmæ & incendia nõ poſuere vires.
    - 2. Diſtributionem partium, quæ ſunt fumantes rates, & (carinæ.
    - 3. Aſſumptionem totius claſſis flagrantis.

Nec vires heroum, infuſaq; [a] flumina proſunt.

*Tum pius Æneas* [b] *humeris* [c] *abſcindere veſtem,*

*Auxilioq; vocare Deos, &* [d] *tendere* [e] *palmas:*

*Iuppiter omnipotens,* [f] *ſi nondum* [g] *exoſus ad unũ*

*Trojanos,* [h] ſi quid pietas antiqua labores

Reſpicit humanos: [i] *da flammam evadere* [k] *claſſi*

*Nunc pater,* [l] & tenues Teucrûm res eripe [m] letho.

[n] *Vel tu, quod ſupereſt, infeſto fulmine morti,*

*Si mereor, demitte, tuâque hîc obrue dextrâ.*

*Vix hæc ediderat, quum* [o] *effuſis imbribus atra*

*Tempeſtas ſine* [p] *more furit, tonitruq; tremiſcunt*

[q] *Ardua terrarum, & campi: ruit æthere toto*

*Turbidus imber aqua, denſiſq; nigerrimus auſtris:*

*Implenturq; ſuper* [r] *puppes, ſemiuſta madeſcunt*

[ſ] *Robora: reſtinctꝰ donec vapor* [t] *omnis, & omnes,*

*Quattuor amiſſis, ſervatæ à* [u] *peſte carinæ.*

a) Aquæ impenſè infuſæ; vel aqua fluvialis, cùm marina non tam extinguat, quàm accendat propter pinguedinem, Synecdochicè, pro Aqua.

b) Pro more uſitato, in luctu & dolore, ut paterent humeri & pectora ad planctum, quem morem & ſacræ teſtâtur literæ.

c) Enallage modi.

d) Extendebat, expandebat, Enallage modi & figuræ.

e) Synecdoche.

f) Si merui, perde; ſi non, ſerva.

g) Antiquè, pro odiſti,

h) Si pia Numina reſpiciunt pietatem humanam.

i) Verbum in precationibus uſitatum.

k) Hypallage.

l) Acciſas bello, incendio, naufragio.

m) Interitu.

n) Sic Ovid. lib. 2. Metam, Summe Deûm, liceat perituro viribus ignis, igne perire tuo, cladem que autore levare,

o) Largis, copioſis.

p) Sine exemplo, præter ſolitum, præter modum.

q) Montes, per Periphraſin.

r) Naves per Synecdochen.

ſ) Metonymia materiæ.

t) Elegans colluſio vocum, & Polyptoton.

u) Ab incendio, per Catachreſin.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0064-6

*Eventus eſt Incendij reſtinctio, cujus not. Conatus*

- *1. Humanus irritus, ratione*
  - *1. efficientis, vires præſtantiſſimorum Trojanorum.*
  - *2. materiæ, infuſa flumina non ſufficiebant.*
- *2. Divinus ratus, cujus cauſa*
  - *1. impulſiva eſt* Æneæ *precatio, cujus*
    - *1. Adjunctus habitus & geſtus*
      - *1. abſciſſio veſtis.*
      - *2. extenſio palmarum.*
    - *2. Objectum*
      - *1. indefinitum, Dÿ.*
      - *2. definitum,* Jupiter.
    - *3. Forma conſtat*
      - *1. Exordio, quo captat benevolentiam à Iovis*
        - *1. Omnipotentia.*
        - *2. Clementia.*
        - *3. Providentia.*
      - *2. Propoſitione: ſerva claſſem ab incendio.*
      - *3. Confirmatione*
        - *1. ab honeſto, affectu paterno.*
        - *2. à neceſſario, Trojanorũ tenuitate.*
      - *4. Clauſula ab affectu imprecationis, aut me perde*
        - *1. fulmine.*
        - *2. dextra.*
  - *2. inſtrumentalis, pluvia* Jovis,
    - *1. ab adjunctis*
      - *1. tempeſtatis inſolentia.*
      - *2. tonitrui vehementia.*
      - *3. terræ motæ violentia.*
      - *4. imbris frequentia.*
      - *5. auſtri turbulentia.*
    - *2. ab effectis, quæ ſunt*
      - *1. navium repletio.*
      - *2. roborum madefactio.*
      - *3. ignis extinctio.*
      - *4. navium*
        - *1. quatuor amiſſio.*
        - *2. reliquarum ſervatio.*

[a] *At pater Æneas caſu concuſſus acerbo,*
*Nunc huc ingentes nunc illuc pectore curas*
*Mutabat: verſans, Siculis*[b] *né reſideret arvis,*
*Oblitus* [c] *fatorum, Italáſne capeſſeret oras.*
*Tum ſenior* [d] *Nautes, unum* [e] *Tritonia Pallas*
*Quem docuit, multâque inſignem reddidit* [f] *arte:*
*Hæc reſponſa dabat, vel quæ* [g] *portenderet ira*
*Magna deûm, vel quæ fatorum poſceret ordo.*
*Iſque his Æneam* [h] *ſolatus vocibus infit:*
*Nate dea,* Quò fata trahunt retrahuntque ſequamur:
QUICQUID erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.
*En tibi* [i] *Dardanius divinæ ſtirpis Aceſtes:*
*Hunc cape conſiliis ſocium, & conjunge volentem:*
*Huic trade,* [k] *amiſſis* [l] *ſuperant qui navib9, & quos*
*Pertæſum magni incepti rerumque tuarum eſt:*
*Longævosque ſenes, ac feſſas æquore matres,*
*Et quicquid tecum invalidum, metuenſque pericli eſt,*
*Delige: & his habeant terris, ſine, mœnia feſſi.*
*Urbem appellabunt* [m] *permiſſo nomine* [n] *Aceſtam.*
*Talibus incenſus dictis ſenioris amici.*
*Tum verò in curas* [o] *animum diducitur omnes.*

a) Non tam accepto damno perturbatur Æneas, quàm quòd poſt longam jactationem, amiſſis navibus, Italia arceri videatur.
b) An.
c) Oraculorum.
d) A quo Nautiorum familia.
e) A Tritone palude denominata.
f) Prudentia & divinatione, adeò ut quaſi ex oraculo reſponſa daret.
g) Denunciaret.
h) Solaturus. Enallage temporis.
i) Trojanus, Criniſo fluvio & Egeſta Trojani Hippotæ filia natus; divinæ ergo ſtirpis, quia fluviorum genios inter minorū gentium Deos recenſebant: vel cum reſpectu ad Dardanū Trojæ authorem, qui Jovis ex Electra filius.
k) Exuſtis quatuor navibus.
l) Superſunt.
m) Ab Aceſte; vel in gratiam regis Aceſtæ.
n) Ab Aceſte rege denominatam, quæ eadem poſtea Segeſta fuit dicta.
o) Melius & figuratum magis animum; alii legunt animo, alii animus.

Diſceſſionis notentur

- 1. Conſilia
  - 1. Huma-na, quorum
    - 1. Occaſio eſt Æneæ
      - 1. perturbatio ex incendij caſu.
      - 2. fluctua-tio
        - 1. in genere, hinc & inde cogitabat.
        - 2. in ſpe-cie,
          - 1. an maneret in Sicilia.
          - 2. an capeſſeret Italiam.
    - 2. Efficiens Nautes
      - 1. ab ætate ſenili.
      - 2. à ſapientia, cujus
        - 1. dignitas, ab efficiente Pal-lade.
        - 2. varietas, ex multis artibꝰ.
    - 3. Materia explicans, quid ſibi velit
      - 1. Iunonis ira.
      - 2. Fatorum ordo.
    - 4. Finis, in ſolatium Æneæ perturbati.
    - 5. Forma, cujus
      - 1. Exordium captat benevolentiam à perſona Æneæ.
      - 2. Propoſitio ſuadet
        - 1. debitam Fatis obſequentiam.
        - 2. Fortunæ tolerantiam.
      - 2. Confirmatio, à facilis
        - 1. Conſilij communicatione cum Aceſtæ, cujus not.
          - 1. generis excellentia.
          - 2. benevolentia.
        - 2. Coloniæ relictio-ne, ex
          - 1. inutili multitudine.
          - 2. pertæſis quærendæ Italiæ.
          - 3. longævis ſenibus.
          - 4. matronis feſſis.
          - 5. invalidis & timidis.
        - 3. Vrbis exſtru-ctione,
          - 3. à ſubjecto loco, Siciliæ.
          - 2. ab adjuncto nomine Aceſtis re-gis.
    - 6. Effectus, Æneæ
      - 1. incenſio.
      - 2. ſollicitudo.
  - 2. Divina, vid. ſeq.
- 2. Actus. } vid ſeq.
- 3. Eventus. }

*Et nox atra polum*[a] *bigis ſubvecta tenebat:*
*Viſa dehinc*[b] *cœlo facies delapſa parentis*
*Anchiſæ ſubitò tales effundere voces:*
*Nate, mihi vitâ quondam (dum vita manebat)*
*Chare magis, nate Iliacis exercite fatis:*
*Imperio Iovis huc venio, qui claſsibus ignem*
*Depulit, & cœlo tandem miſeratus ab alto eſt,*
*Conſilijs pare*, quæ nunc pulcherrima Nautes
*Dat ſenior: lectos iuvenes, fortisſima corda,*
*Defer in Italiam:*[c] *gens dura, atq; aſpera cultu,*
[d] *Debellanda tibi Latio eſt.* [e] *Ditis tamen antè*
*Infernas accede domos: &*[f] *Averna per alta*
[g] *Congreſſûs pede, nate, meos:*[h] *nō me impia nāq;*
*Tartara habent triſtesq; umbræ: ſed amœna pioru͂*
*Concilia*[i] *Elyſiumq; colo. Huc caſta Sibylla*
[k] *Nigrantum multo pecudum te*[l] *ſanguine ducet.*
*Tu͂ genꝰ omne tuum, & quæ dentur, mœnia diſces.*
[m] *Iamq; vale: torquet*[n] *medios nox humida curſûs,*
*Et me*[o] *ſævus equis Oriens afflavit*[p] *anhelis.*
*Dixerat, & tenues fugit ceu fumus in auras.*
*Æneas; quo deinde ruis? quo proripis? inquit.*
*Quem fugis? aut quis te noſtris complexibꝰ arcet?*
*Hæc memorans, cinere͂ &*[q] *ſopitos ſuſcitat*[r] *ignes,*
[ſ] *Pergameumq; Larem, &*[t] *canæ penetralia Veſtæ*
[u] *Farre pio &*[x] *plenâ ſupplex veneratur*[y] *acerrâ.*

a) Bigas dant Lunæ, quadrigas Soli, trigas inferis, ſeiuges Jovi; deſultores Lucifero; ratione phyſica, Luna nocti ac humidis præeſt; bigis vehi fingitur, quas duæ puellæ ſeu Nymphæ trahunt, propter perpetuam virginitatem Dianæ, quæ cum Luna & Proſerpina eadem eſt. b) Heroum enim animæ cœlum incolunt, ſimulachra inferos, vel à Jove demiſſa, ut quartus abhinc verſus habet. c) Rutuli, Aborigines, Tyrrheni. d) Bello domanda, ut filio faciat ſpem victoriæ. e) Plutonis, qui ob id Dis appellatur, quòd opes è terra effodiantur, vel quòd in terram redeant. Ab hoc Anchiſæ mandato ſemina ſunt jacta deſcenſus ad inferos. f) Monſtrat loca, per quæ deſcenſus patet ad inferos in Italia. Avernus autem & Lucrinus, duo lacus ſunt in ſinu Baiano ita vicini, ut maximis tempeſtatibus conjungi interdum dicantur. g) Colloquium. h) Anthypophora. i) Beatarum animarum domicilium. k) Nigrarum. Furvæ enim hoſtiæ Dijs inferis debentur.
l) Mactatis multis pecudibus.
m) Neque enim luceſcente die dæmonijs vel umbris permiſſum vagari: Solis quippe adventu intereunt umbræ.
n) Mediam noctem intelligit, cùm Sol ſub terra lineam meridionalem tranſierit.
o) Violentus, umbris inimicus, quæ ejus acceſſu diſparent.
p) Feſſis, ſpiritum præ nimio labore ægrè trahentibus. Periphraſis eſt adventantis diei. q) Metaphora ab animato ad inanimatum. In cineres collapſos, cineribus conditos, ut quaſi dormire videantur. r) Quibus adoleat far & thus, expiando ſomno. ſ) Trojanum, per Antonom. t) Antiquæ. u) Mola ſalſa, quâ Veſta & Ceres, quæ anima terræ habita, placanda. x) Thuris.
y) Thuribulum, arcula, cui thus imponitur.

At

## TAB. XXX.

Conſiliorum Divinorum notetur

- 1. *Adjunctum tempus nocturnum.*
- 2. *Inſtrumentalis cauſa, umbra parentis*
  - 1. *à ſubjecto loco, à quo, cælo delapſa.*
  - 2. *ab effecto, affatu ſubito.*
- 3. *Forma, cujus*
  - 1. *Exordium captat*
    - 1. *benevolentiam*
      - 1. *à ſua pietate paterna.*
      - 2. *à filij calamitate externa.*
    - 2. *attentionem à Iovis*
      - 1. *authoritate, in mandato.*
      - 2. *bẽignitate, in ſervata claſſe.*
  - 2. *Propoſitio: Pare conſilijs fidelibus ſenioris Nautæ.*
  - 3. *Confirmatio conjuncta, ubi*
    - 1. *Prioris*
      - 1. *Protaſis; juventutem bellicoſam transfer in Italiam.*
      - 2. *Ætiologia, quia gens bellicoſa eſt debellanda tibi.*
    - 2. *Poſterioris*
      - 1. *Protaſis per expolitionem*
        - 1. *deſcende ad inferos.*
        - 2. *pete congreſſũ meũ.*
      - 2. *Ratio*
        - 1. *à jucundo, quia*
          - 1. *non ſum in Tartaro.*
          - 2. *ſed Elyſium colo.*
        - 2. *à facili, ductu Sibyllæ cæſis hoſtijs.*
        - 3. *ab utili, diſces poſteritatẽ & urbẽ.*
  - 4. *Clauſula valedictoria, ob*
    - 1. *mediam noctem.*
    - 2. *inſtantem orientem.*
- 4. *Effectus, Æneæ pia*
  - 1. *verba, quorum*
    - 1. *impulſiva, umbræ diſparitio.*
    - 2. *forma, per expolitionem, quò ruis?*
  - 2. *facta, ſacrificia*
    - 1. *ab inſtrumentali, igne ſuſcitato.*
    - 2. *ab objecto, Lare & Veſta.*
    - 3. *à materia, farre & thure.*

*Extemplò ſocios, primumq́;* [a] *accerſit Aceſten:*
*Et Iovis imperium, & cari præcepta parentis*
*Edocet, &* [b] *quæ nunc animo ſententia conſtet.*
Haud mora conſilijs: *nec juſſa recuſat Aceſtes:*
*Transſcribunt* [c] *urbi* [d] *matres, populumq́; volentem*
[e] *Deponunt,* [f] animos nil magnæ laudis egentes.
*Ipſi transtra* [g] *novant,* [h] *flammisq́; ambeſa reponunt*
*Robora navigijs: aptant remosq́;* [i] *rudentesq́;,*
Exigui numero, ſed [k] bello vivida virtus.
*Interea Æneas urbem* [l] *deſignat* [m] *aratro,*
[n] *Sortiturq́; domos:* [o] *hoc, Ilium, & hæc loca, Trojæ*
*Eſſe jubet: gaudet* [p] *regno Trojanus Aceſtes:*
[q] *Indicitq́; forum, & patribus dat* [r] *jura vocatis,*
*Tunc* [ſ] *vicina aſtris* [t] *Erycino in vertice ſedes*
*Fundatur Veneri* [u] *Idaliæ: cumuloq́; ſacerdos*
*Et lucus latè ſacer additur Anchiſæo.*

*Iamq́;*

a) Vocari curat.
b) Velle nimirum ſe urbem ſtatuere in Sicilia, in qua aliquam Trojanorum partē relinquat.
c) Reſpexit ad morem Rom. quo transſcripti in colonias deducebantur.
d) Trojanas mulieres navigatione fractas.
e) Submittunt inertiæ, quaſi onera de navibus.
f) Inglorios, nec laudis & honoris ambitioſos.
g) Renovant. Enallage figuræ.
h) Eximunt aſſeres roboreos ambuſtos ſeu ſemuſtos & aptant novos.
i) Polyſyndeton & Hypermetrum.
k) Ad bellum acris, impigra.
l) Pro more deſignandi mœnia condendæ urbis; ubi quis ſtivā tenens aratri, in quo taurus à dextra, vacca à ſiniſtra juncti, obliquo vomere glebas invertebat, ut intrinſecus caderent: ſuſpendebatur a. aratrum, ubi futuræ erant portæ, à portando dictæ.
m) Sulco ducto. Meton.
n) Sorte diſtribuit.
o) Ad formam & præſentationem veteris Trojæ,
p) Aucto.
q) Fori triplex uſus 1. ibi tribunal juri dicundo. 2. Cibaria venalia. 3. conventus negociatorum.
r) Leges ad quas Senatores Remp. adminiſtrarent.
ſ) Altè extructa.
t) In monte Erycis matri Veneri templum erigit, & juxta patris ſacellum, ſacra, lucum, Sacerdotem: alludit ad Iulæum Romæ.
u) Ab oppido Cypri Idalio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0070-0

Actus Diſceſſionis conſtat

- 1. Antecedentibus, quæ ſunt
  - 1. Coloniæ relictio, ubi
    - 1. Conſultatio,
      - 1. à ſubjecto, ſocijs & Aceſta.
      - 2. ab objecto, ſeu materia, quæ eſt
        - 1. Iovis imperium.
        - 2. Suum propoſitum.
        - 3. Parentis præceptum.
    - 2. Executio
      - 1. ab adjuncta
        - 1. celeritate.
        - 2. Aceſtæ voluntate.
      - 2. à ſubjectis, quæ ſunt
        - 1. Troades.
        - 2. imbelles.
        - 3. degeneres.
      - 3. ab oppoſitis, reparatis navibus,
        - 1. per diſtributionem:
          - 1. novant tranſtra.
          - 2. reparant aduſta.
          - 3. aptant
            - 1. robora.
            - 2. remos.
            - 3. rudētes.
        - 2. ab efficiente, ſecundum quantitatem
          - 1. molis.
          - 2. virtutis.
  - 2. Vrbis extructio, cujo Cauſa
    - 1. Proceans Æneas, cujus eſt
      - 1. murorum deſignatio.
      - 2. domorum diſtributio.
      - 3. nominum impoſitio.
    - 2. Conſervans Aceſtes, ab
      - 1. adjuncto gaudio, ob auctum regnum.
      - 2. effectis
        - 1. profanis, quæ ſunt
          - 1. indictio fori.
          - 2. electio Senatus.
        - 2. ſacris, ut
          - 1. Veneris tēplum
            - 1. ab adjuncta altitudine.
            - 2. à ſubjecto monte Eryce.
          - 2. Anchiſæ ſepulchrum, ab adjuncto
            - 1. Sacerdote.
            - 2. Luco.
- 2. Comitantibus, vid ſeq.

Iamq; dies [a] epulata novem gens [b] omnis, & aris
Factus honos: [c] placidi ſtraverunt æquora venti,
Creber & [d] aſpirans rurſus vocat [e] Auſter in altū.
Exoritur procurva ingens per littora fletus:
Complexi inter ſe noctemq; diemq; morantur.
[f] Ipſæ jam matres: ipſi, quibus aſpera quondam
Viſa maris facies, & non tolerabile numen;
Ire volunt, omnemq; [g] fugæ perferre laborem.
Quos bonus Æneas dictis ſolatur amicis,
Et conſanguineo lachrymans commendat Aceſtæ.
Tres [h] Eryci vitulos, & [i] tempeſtatibus agnam
Cædere deinde jubet, ſolviq; ex [k] ordine funes.
Ipſe caput tonſæ folijs evinctus [l] olivæ,
Stans procul in prora, pateram tenet, extaq; ſalſos
[m] Porricit in fluctûs, ac vina liquentia fundit.
Proſequitur ſurgens à puppi ventus euntes;
Certatim ſocij feriunt mare, & æquora verrunt.

At

a) Functa novendiali ſacro.
b) Sicula & Trojana.
c) Sternendo placida fecerunt.
d) Secundo flatu invitat ad navigandum.
e) Qui Italiam è Sicilia petentibus proſper eſt,
f) Ecce tibi inconſtans mulierum ingenium. Nolunt, ubi velis; ubi nolis, cupiunt ultrò: quod ait Gnatho Terentianus.
g) Profectionis, navigationis.
h) Fratri ὁμομητρίῳ, uterino.
i) Alluſum ad Romanos, quorum ritibus conſecratæ Tempeſtates.
k) Quo littus prætexebant, ad cavendum tumultum ſolventibus.
l) Oleæ. Figuratè.
m) Porrò jacit; alijs proijcit.

## TAB. XXXII.

**Comitatantia ſunt**

- 1. Valedictio,
  - 1. ab adjuncto
    - 1. convivio, à tempore & perſonis.
    - 2 ſacrificio.
  - 2. ab impulſiva, invitatione
    - 1. ventorum in genere.
    - 2. Auſtri in ſpecie.
  - 1. ab effectu
    - 1. Coloniæ
      - 1. triſtitia
        - 1. ab ingenti fletu.
        - 2. ab indeſinenti complexu.
      - 2. inconſtãtia
        - 1. à ſubjectis
          - 1. Troadibus.
          - 2. Trojanis.
        - 2. à contrarijs, videl.
          - 1. antecedente
            - 1. maris tædio.
            - 2. numinis faſtidio
          - 2. conſequente comitandi deſiderio.
    - 2. Æneæ
      - 1. conſolatione humaniſſima.
      - 2. commendatione
        - 1. ab adjunctis lachrymis.
        - 2. ab objecto cui, Aceſtæ.
- 2. Navigatio,
  - 1. ab antecedente Æneæ mandato
    - 1. ſacrificandi
      - 1. ab objecto.
      - 2. à materia.
    - 2. ſolvendi funes.
  - 2. ab inſequente Æneæ voto
    - 1. ab habitu, coronatus oliva folijs.
    - 2. à ſitu, ſtans in puppi tenet pateram.
    - 3. ab actu; projicit exta: fundit vina.
  - 3. à conſequente 1. Secundo vento. 2. Sociorum remigio.

*At Venus interea Neptunum [a] exercita curis*
*Alloquitur, talesque [b] eſſundit pectore queſtûs:*
*Iunonis gravis ira, [c] & inexſaturabile pectus*
*Cogunt me, Neptune, [d] preces deſcendere in omnes:*
*Quam nec [e] longa dies, [f] pietas nec mitigat ulla:*
*Nec Iovis imperio, fatisve [g] infracta quieſcit.*
[h] *Non media de gente Phrygũ [i] exediſſe nefandis*
*Urbem odijs ſatis eſt: pœnam traxiſſe per omnem*
[k] *Relliquias Trojæ: [l] cineres atque oſſa peremptæ*
*Inſequitur: [m] cauſas tanti ſciat illa [n] furoris.*
*Ipſe [o] mihi nuper Lybicis tu teſtis in undis,*
*Quam [p] molem ſubitò excierit:* [q] maria omnia cœlo
Miſcuit, *Æolijs nequicquam freta procellis:*
*In regnis hoc auſa [r] tuis.*
[ſ] *Prò ſcelus, ecce etiam Trojanis matribus [t] actis*
[u] *Exusſit fœdè puppes, & claſſe [x] ſubegit*
*Amiſſâ ſocios [y] ignotæ linquere terræ.*
*Quod ſupereſt, oro: liceat dare tuta per undas*
*Vela tibi, liceat Laurentem [z] attingere Tybrim:*
*Si conceſſa peto, ſi dant ea mœnia [*] Parcæ.*

a) Sollicita pro Trojanis, ut Æneæ profectionem promoveat, veluti Juno, ut impediat.
b) Cum dolore.
c) Alijs, nec exſaturabile.
d) Supplicem fieri, preces adhibere omnes.
e) Quæ tamen ægritudinem hominibus adimit.
f) Quæ etiam in hoſtibus affectus concitare ſolet; utut illi ab Heleno juſſos adolemus honores.
g) Non fracta, evicta, adeoque immitis.
h) Crudelitatis amplificatio paulatim ad ſummum tendens.
i) Atrox ſanè metaphora.
k) Ænean, ejusque fugæ ſocios.
l) Immane odium, & ferè inexaturabile, quòd in urbis exeſæ cineres & oſſa ſæviat.
m) Ipſa viderit, cur tam furioſè eas exagitet; ego certè neſcio juſtas aut legitimas.
n) Doloris, per Auxeſin.
o) Sibi imputat injuriam Æneæ illatam.
p) Tempeſtatem in mari.
q) Proverbialiter, ut alibi: Miſcere ſacra profanis.
r) Pathos à loco, ad concitandum odium.
ſ) Pathetica exclamatio, in nuperum facinus.
t) In furorem, adactis, impulſis.
u) Exurendas curavit per Iridem.
x) Coëgit nos, navibus quatuor amiſſis, partem civium relinquere, quorum auxilio nobis opus fuetat ad debellandas gentes duras, in terra nobis fato debita.
y) Ignobili reſpectu Italiæ, vel peregrina.
z) Pervenire in Italiam, cujus fluvius Tiberis è montibus Apenninis oritur, verùm in ipſo curſu multis fluminibus augetur.
* Deæ infernales, quæ vitas hominum diſpenſare finguntur; dictæ per antiphraſin, quòd nemini pareant.

Tum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0074-2

## TAB. XXXIIII.

- Eventus Diſceſſionis eſt
  - 1. Pelagi tranquillitas, *cujus cauſa*
    - *1. Impulſiva* Veneris ſollicitatio
      - *1. ab objecto, Nepuno, quem alloquitur.*
      - *2. ab adjuncta ſollicitudine & querimonia.*
      - *3. à Forma, quæ conſtat*
        - *1. Captatione attentionis, ubi*
          - *1. Protaſis conſtat*
            - *1. antecedente cauſa, implacabili Iunonis o-dio.*
            - *2. conſequente effecto, neceſſario ſuæ humilitatis ſtudio.*
          - *2. Ratio, ab inhoneſto, quia Iuno non mitigatur*
            - *1. temporis diuturnitate.*
            - *2. ulla pietate.*
            - *3. Iovis authoritate.*
            - *4. Parcarum voluntate.*
          - *3. Amplificatio odij,*
            - *1. à Troja metropolis everſione.*
            - *2. ab illegitima perſecutione, per*
              - *1. expolitionem objecti*
                - *1. reliquias Trojæ trahit p omnē pœnā.*
                - *2. inſequitur cineres, oſſa.*
              - *2. ætiologiam, ab inhoneſto.*
            - *3. à tempeſtatis immiſſione, ubi not.*
              - *1. Subjectus locus, mare Lybicum.*
              - *2. Adjūcta vehemētia, p proverbiū.*
              - *3. Effectus fruſtratus ventorū.*
              - *4. Adjūcta temeritas in regno alie-no.*
            - *4. à navium incenſione, ubi not.*
              - *1. Pathetica exclamatio.*
              - *2. Cauſa inſtrumentalis.*
              - *3. Adjunctus turpis dolus.*
              - *4. Effectus, coacta colonia.*
        - *2. Propoſitione, qua petit*
          - *1. navigandi ſecuritatem.*
          - *2. Italiæ adeundæ facultatem.*
        - *3. Confirmatione*
          - *1. ad honeſto, quia conceſſa peto.*
          - *2. à facili ſeu poſſibili, Parcarum volunta-te.*
    - *2. Principalis* Neptuni gratificatio. *vid. ſeq.*
  - 2. Palinuri calamitas. *vid. ſeq.*

Tum [a] Saturnius hæc [b] domitor maris edidit alti,
Fas omne eſt, [c] Cytherea, meis te fidere regnis,
[d] Vnde genus ducis: merui quoq; ſæpe [e] furores
Compreſſi, & rabiem tantam cœliq; mariſq;.
Nec minor in terris [f] (Xanthum, Simoëntaque teſtor)
Æneæ mihi cura tui; quum Troïa Achilles
Exanimata ſequens impingeret agmina muris;
Millia multa daret leto: [g] gemerentque repleti
Amnes: nec reperire [h] viam, atque evolvere poſſet
In mare ſe Xanthus: [i] Pelidæ tunc ego forti
Congreſſum Æneam, nec dijs, nec viribus [k] æquis,
Nube cava eripui: [l] cuperem quum vertere ab imo
Structa meis manibus [m] perjuræ mœnia Trojæ.
Nunc quoq; [n] mens eadem perſtat mihi: pelle timores:
Tutus quos optas portus accedet [o] Averni:
[p] Vnus erit tantùm, amiſſum quem gurgite quæret:
UNUM PRO MULTIS DABITUR [q] CAPUT.
His ubi læta deæ permulſit pectora dictis,
Iungit [r] equos curru [ſ] genitor, ſpumantiaque addit
Frena [t] feris, manibusque omnes [u] effundit habenas.
Cæruleo per ſumma levis volat æquora curru:
Subſidunt undæ, tumidumque ſub axe [x] tonanti
Sternitur æquor aquis: fugiunt vaſto æthere nimbi.
Tum variæ [y] comitum facies: immania cete.
Et ſenior [z] Glauci chorus, [a] Inousque Palæmon,
[b] Tritonesque citi, [c] Phorciq; exercitus omnis.
[d] Læva tenent Thetis & Melite, Panopæaque virgo,
Niſæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.
Hîc patris Æneæ [e] ſuſpenſam blanda [f] viciſſim
Gaudia pertentant mentem: jubet ociùs omnes
Attolli malos [g] intendi brachia velis.
Vnà omnes fecêre [h] pedem: pariterque ſiniſtros,
Nunc dextros ſolvêre ſinûs: unà ardua torquent
[i] Cornua, detorquentque: ferunt ſua [k] flamina claſſem.
Princeps ante omnes denſum Palinurus agebat
Agmen: ad hunc alij curſum contendere juſſi.

Iamque

a) Saturni filius Neptunus. b) Periphraſis cum Antonomaſia cõjuncta. c) Quæ in Cytheris colebaris. d) Nata è ſpuma maris, unde ἀφροδίτη.
e) Fluctus ventorũ atrocitate turbatos, per metaphoram ab homine ad mare. f) Per Proſopopœiam Trojanos fluvios teſtes citat, ad quorum ripas Æneam Achillis manibus ſubtraxerit alioqui occubiturum. g) Metaphora ab animato ad inanimatum. h) Alvei meatum. i) Pelei filio Achilli. Poëticè cum Dativo ſolo, cùm reliqui ablativo cum præpoſitione utantur. k) Dijs iniquis, adverſis: viribus inæqualibus, imparibus. l) Utcunque pœnas ſumere caperem de Troja, cujus rex Laomedon me pacta cõditæ urbis mercede deſtituerat.
m) Perjuri regis Trojani mœnia.
n) In eadem perſevero ſententia.
o) Quod ſic evẽit; nã circa Cumas, quæ vicina ſunt Lucrino & Averno Lacubus, claſſis Æneæ appulit.
p) Palinurus. q) Synecdoche. Unus Sociorũ pro omniũ ſalute mihi litabitur Sacrificij loco. r) Vitulos marinos, quibus Neptunus inequitare fingitur. ſ) Neptunus, ſive quod Oceanus omnia flumina gignat, ac recipiat; ſive quòd aqua, ut elementorũ præſtãtiſſimũ, omnia producat. t) Ferocientibus equis marinis. u) Metaphora à liquidis ad habenas. x) Sub axibus currus in ipſo curru ſtridentibus; remota Metaphora, à Cœlo ad rotarum axes.
y) Pro ipſis comitibus per Metonym. & poëticã circuitionẽ. z) E piſcatore Dei marini facti. a) Filius Inûs, Melicerta dictus & Portunus. b) Monſtra marina, à vertice ad umbilicũ humana effigie, infra piſces, Neptuni & Amphitrites proles. c) Phorcus erat rex Corſicæ & Sardiniæ. d) Siniſtram tenent ſequioris ſexus numina marina & Nymphæ. e) Anxiam, verſ[...] f) Grata viciſſitudine ſociorum deſiderium leniente, navigatione proſpera. g) Antennis intentis. h) Vela tetenderunt fune, qui pes appellatur, ut obliquati ſinus ventum à latere flantem captarent. i) Extremitates antennarum unà cum veli pede torquent, detorquentq;. k) Venti ferentes proſperi.

- **Neptuni gratificatio conſtat**
  - 1. **Dictis, ubi**
    - 1. *Captatio attentionis, à poteſtate* Neptuni, *per periphraſin & antonomaſian.*
    - 2. *Propoſitio: meritò confidis regno meo.*
    - 3. *Confirmatio, ab honeſto:*
      - 1. *Veneris origine; à regno meo ducis genus.*
      - 2. *Meritis ſuis, in*
        - 1. *compreſſione furoris, in cœlo & mari.*
        - 2. *defenſione Æneæ,*
          - 1. *ab adjuncta teſtatione fluviorum.*
          - 2. *ab objecto, hoſte Achille*
            - 1. *perſequente.*
            - 2. *proſternente.*
            - 3. *fluvios*
              - 1. *replente.*
              - 2. *obſtruente.*
          - 3. *ab oppoſitis,*
            - 1. *Deorum hoſtilitate.*
            - 2. *Virium imparitate.*
          - 4. *ab inſtrumentali, nube.*
          - 5. *à contraria intentione evertendæ urbis perjuræ.*
      - 3. *Mentis conſtantia.*
    - 4. *Clauſula, cujus*
      - 1. *Propoſitio: pelle timorem.*
      - 2. *Ratio*
        - 1. *à præſtãda ſecuritate, in appulſu ad portũ Cumanũ*
        - 2. *à jacturæ exiguitate, cujus*
          - 1. *ſubjectũ, unus homo amittendꝰ.*
          - 2. *modus, præcipitatio in mare.*
          - 3. *finis, pro multis expiatio.*
  - 2. **Factis, quorum**
    - 1. *Tempus, poſtquam Venerem permulſit dictis.*
    - 2. *Forma*
      - 1. *apparationis,*
        - 1. *jungit equos.*
        - 2. *addit frena.*
        - 3. *laxat habenas.*
      - 2. *executionis,*
        - 1. *fertur curru per æquora.*
        - 2. *ſedat undas.*
        - 3. *placat mare.*
        - 4. *fugat nimbos.*
    - 3. *Comitatus*
      - 1. *dexter: Cete, Chorꝰ Glauci, Palæmõ, Tritões, Phorci exercito.*
      - 2. *ſiniſter: Thetis, Melite, Panopea, Niſæe, Spio, Thalia, Cymodoce.*
    - 4. *Effectꝰ lætus ratione*
      - 1. Æneæ
        - 1. *exhilaratio*
        - 2. *præceptio de*
          - 1. *tollendis malis.*
          - 2. *intendendis velis.*
      - 2. *Sociorum*
        - 1. *laboris conjunctio*
          - 1. *faciunt funem, quo velum tenditur.*
          - 2. *ſolvunt ſinus dextros & ſiniſtros.*
          - 3. *torquent cornua.*
        - 2. *expedita navigatio, aſpirantibus ventis.*
      - 3. Palinuri, *qui*
        - 1. *gubernat navem prætoriam.*
        - 2. *jubet reliquos nautas ſequi ſe.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0077-8

*Iamq; ferè mediam cœli nox [a] humida [b] metam*
*Contigerat; placidâ laxarant membra quiete,*
*Sub remis [c] fuſi, per dura ſedilia, nautæ:*
*Cum levis æthereis delapſus [d] Somnus ab aſtris,*
[e] *Aëra dimovit [f] tenebroſum, & diſpulit [g] umbras,*
*Te, Palinure, [h] petens, tibi [i] triſtia [k] ſomnia portãs*
*Inſonti: puppiq; [l] Deus conſedit in alta*
[m] *Phorbanti ſimilis, funditq; has ore loquelas:*
[n] *Iaſide Palinure, ferunt ipſa æquora claſſem,*
[o] *Æquatæ ſpirant auræ*, datur hora quieti:
Pone caput: feſſosq; oculos [p] furare labori.
Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo.
*Cui, [q] vix attollens Palinurus lumina, fatur:*
*Mene [r] ſalis placidi vultum, fluctusq; quietos*
*Ignorare jubes?* mene huic confidere [ſ] monſtro?
*Æneam [t] credam quid enim [u] fallacibus [x] Auſtris,*
*Et cœli toties deceptus fraude ſereni?*
*Talia dicta dabat, clavumq; affixus, & hærens*
*Nusquam amittebat, oculosq; ſub [y] aſtra tenebat.*

*Ecce*

a) Nox eſt roſcida ſuapte natura, propter Lunam, quæ mari præeſt & humidis.

b) Media cœli meta, linea meridionalis eſt, quam cum Sol ſub terra contingit, apud nos media nox eſt.

c) Talis ferè ſolet eſſe vita eorum, qui in triremibus, aut alijs actuarijs navibus, Venetijs & alibi operas præſtant.

d) Deorum placidiſſimus, mortis frater.

e) Quo Palinurus cœlo ſereno fretus in ſomnos ſecederet.

f) Nox ipſa nihil eſt, niſi aër tenebroſus, aut umbra terræ; cujus interventu ubi Sol occiderit, aër obtenebratur, & quaſi inumbratur.

g) Suas. Nam ſemper Deos ambit nimbus.

h) Fallacias ſtruens, factioſè aggrediens.

i) Quippe præſentem mortem allaturus.

k) Soporem.

l) Somnus, ſub imagine Phorbãtis.

m) Priami filio. Quanquam plures alij fuerunt Phorbantes.

n) Iaſij filius hic fuit, aut nepos. Vel per Antonomaſian pro Trojano, appellatione deducta à Dardano Jaſij fratre.

o) Proſperæ.

p) Furtim oculos feſſos ſubtrahe labori & vigilijs.

q) A Somni vicinia gravedo oculos invaſerat. Hypotypoſis reſpondentis abruptè & ſomniculoſè.

r) Fallacem æquoris tranquillitatem.

ſ) Mari infido, & ventis fallacibus. Monſtroſa enim eſt maris mutabilitas. Metalepſis.

t) Cur committam Ænean Ventis?

u) Inſtabilibus, quibus nihil incertius, nihil inconſtantius.

x) Ventis. Synecdoche.

y) Quorum obſervatione curſum dirigeret.

Palinuri calamitas conſtat

- 1. Antecedentibus
  - 1. Occaſione per
    - 1. Chronographiam noctis mediæ, ſeu intempeſtæ.
    - 2. Hypotypoſin quietis nautarum,
      - 1. ab effecto.
      - 2. à ſubjecto loco
        - 1. ſub remis,
        - 2. per ſedilia.
  - 2. Cauſa, quæ eſt Somnus, per proſopographiam
    - 1. à deſcenſûs
      - 1. termino
        - 1. à quo, ab aſtris.
        - 2. per quem, per aërem & umbras
        - 3. ad quē, ad Palinurū per Apoſtrophen.
      - 2. fine, allaturus mortem Palinuro.
    - 2. à ſitu, conſedit in puppi.
    - 3. ab habitu aſſumpto Phorbantis.
    - 4. ab affatu.
  - 3. Conſilijs, quæ ſunt
    - 1. Somni ſuaſio, qui
      - 1. captat benevolentiam, à nomine & familia.
      - 2. narrat
        - 1. claſſis ſecuritatem.
        - 2. maris tranquillitatem.
        - 3. ſoporis commoditatem.
      - 3. proponit exhortando per expolitionem
        - 1. pone caput.
        - 2. furare oculos labori.
      - 4. confirmat à facili, promittens operam vicariam.
    - 2. Palinuri recuſatio,
      - 1. ab antecedente geſtu, ægrè tollit oculos veluti dormituriens.
      - 2. à forma, cujus
        - 1. Propoſitio: nolo fidere mari
          - 1. tranquillo.
          - 2. monſtroſo.
        - 2. Ratio, ab inhoneſto, non decet me Æneam exponere periculo.
        - 3. Approbatio, quia ſum expertus
          - 1. Ventorum inconſtantiam.
          - 2. Cœli fraudulentiam.
      - 3. ab actu conſequenti
        - 1. clavum firmiter tenet.
        - 2. oculis aſtra obſervat.
- 2. Actu, } vid. ſeq.
- 3. Eventu, } vid. ſeq.

| | |
|---|---|
| a) Ne ſua culpa è puppi decidiſſe dicatur Palinurus, transfert in Somnum omnem culpam, quẽ Deum vocat. | *Ecce* [a] *Deus ramum,* [b] *Lethæo rore madentem,* |
| b) Qui læthæo rore & vi ſtygia ſoporatus lethalem ſomnum, & triſtem ſoporẽ inducat. Lethe notat oblivionẽ, Styx triſtitiã. | *Viq; ſoporatum Stygia, ſuper utraq; quaſſat* |
| c) Reluctanti. | *Tempora,* [c] *cunctantiq;* [d] *natantia lumina ſolvit.* |
| d) Inter ſomnum & vigiliam fluitantia, errantia ſomni vicinitate, humore oppleta; aut per ſimilitudinem, natantes, ſeu errantes oculos, in ſpeculandis ſtellis. | *Vix primos inopina quies laxaverat artus:* |
| e) Cui affixus erat clavus. | *Et ſuper incumbens, cum puppis* [e] *parte revulſa,* |
| f) Non abjecit, ſed porrò, aut procul jecit. | *Cumque gubernaclo, liquidas* [f] *proiecit in undas* |
| g) Somnus. | *Præcipitem, ac ſocios nequicquam ſæpe vocantem.* |
| h) In avem transformatus, re perpetrata, in auras abit. | [g] *Ipſe volans tenueis ſe ſuſtulit* [h] *ales in auras.* |
| i) Neptuni præſidio. | *Currit iter* [i] *tutum non* [k] *ſecius æquore claſſis,* |
| k) Non ſegnius, nihilominus, licèt ſpoliata clavo & gubernatore. | [l] *Promiſſisq; patris Neptuni* [m] *interrita fertur.* |
| l) Supra: Tutus, quos optas, portus acceder. | *Iamq; adeò* [n] *ſcopulos* [o] *Sirenum advecta ſubibat,* |
| m) Tutis itineribus agitur imperterrita. | [p] *Difficiles quondam,* [q] *multorumq; oſſibus albos:* |
| n) Saxoſas inſulas propè capreas Σειρηνούσσας dictas à Sirenum fabula celebres; ubi per multi ſcopulorum harmonia attracti naufragio perierunt. | *Tum rauca* [r] *aſſiduo longe* [ſ] *ſale ſaxa ſonabant:* |
| | *Cum* [t] *pater amiſſo fluitantem errare* [u] *magiſtro* |
| | *Senſit; & ipſe* [x] *ratem* [y] *nocturnis rexit in undis,* |
| | *Multa gemens, caſuque animũ concuſſus* [a] *amici:* |
| | O nimium cœlo & pelago confiſe ſereno, |
| | [b] *Nudus in ignota, Palinure, jacebis arena.* |

o) Sirenes verè ſunt lora marina, montibus in arctum contracta, in quæ illiſi fluctus ſuavem ſonum edendo præternavigantes in exitium trahunt; Allegoricè pro avibus, item pro meritricibus: Unde quicquid dulcedine aliqua abblanditur, habetque interim ſub voluptatis ſpecie peſtem exitiabilem, Sirenen appellare licet. p) Periculoſos aliquando.

q) Naufragorum. r) Sigmatiſmo maris ſtridorem expreſſit.

ſ) Frequenti maris impulſu, & illiſione in ſcopulos longè ſonabant ſaxa.

t) Æneas. u) Gubernatore, ſeu nauclero.

x) Navem; Metonymia materiæ, vel Synecdoche partis.

y) Nocturno tempore, per noctem in mari.

z) Nomen pro adverbio, per Enallagen partis.

a) Palinuri, amiciſſimi & peritiſſimi naucleri.

b) Inſepultus in littore peregrino.

# FINIS.

# TAB. XXXVI.

**Palinuri Calamitatis**

- 1. Actus eſt ejus excuſſio, cujus
  - 1. Apparatio fraudulenta, à cauſa
    - 1. principali, per exclamationem.
    - 2. inſtrumentali, ramo, per expolitionem
      - 1. lethæo rore madente.
      - 2. ſtygia vi ſoporato.
    - 3. formali
      - 1. tempora quaſſat.
      - 2. lumina claudit.
  - 2. Executio violenta,
    - 1. ab adjũcta
      - 1. celeritate, cùm vix obdormiviſſet.
      - 2. parte puppis & gubernaculo ſimul ejecto.
    - 2. à ſubjecto, in mare præcipitavit eum Somnus.
    - 3. ab effectu
      - 1. fruſtranea ſociorum imploratione.
      - 2. ſubitanea Somni avolatione.
- 2. Eventus ratione
  - 1. Claſſis,
    - 1. Curſus ſecuritas.
    - 2. Neptuni fidelitas.
  - 2. Æneæ
    - 1. Succeſſio,
      - 1. à ſubjecto loco, ſcopulis Sirenum.
        - 1. à veteri periculoſitate.
        - 2. à ſubmerſorum oſſibus.
        - 3. ab ingenti ſonitu.
      - 2. ab impulſiva, animadverſione excuſſi Palinuri.
      - 3. ab effectu, rexit navem noctu per mare.
    - 2. Exclamatio pathetica,
      - 1. ab adjuncto gemitu & luctu, ex amici caſu.
      - 2. à forma, cujus
        - 1. Propoſitio: doleo vices tuas, quia nimium confiſus es cœlo & pelago.
        - 2. Ratio ab inhoneſto, quia jacebis,
          - 1. ab habitu, nudus & inſepultus.
          - 2. à loco, in littore peregrino.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0081-1

71 B 1/4,8

ULB Halle 3
005 129 184

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0083-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-458760-p0084-7

5

ANALYSIS

Quinti Æneidos,

S ÆNEÆ,

*inter*

NCENDIA

S & JUNONIS,

ad

*Æ TUMULUM,*

TISONOS,

TIS & TABULIS

delineans.

*Opera*

SEIZII, *p.t. Rect. Gymnaſii*

*ii Svevo-Halenſis.*

ALÆ SUEVORUM,

xcud. typis Johan-Reinhardus Laidig,

Chriſtianæ MDCLVI.